presentium, et futurorum, ac refectione &c. eidem Dño Salono stipulanti pro se, ac vice et nomine dictorum fratrum suorum, et ipsorum heredum, de dicto Castro, Motta, ac bonis omnibus superius venditis, litem non inferre, nec inferre volenti consentire, sed dictum Castrum, Mottam, et omnia, ac singula bona superius vendita in iure contra quamcunque personam, Collegium, et Universitatem manutenere, defendere, et disbrigare, et authorizare &c., salvo, quod si lis, vel questio aliqua de dicto Castro Laorato de Madritio eidem D. Salono, vel fratribus moveretur occasione cuiuscunque investiturae eidem q. Candido, vel q. filio patri suo per quemcunque D. Patriarcham Aquileg., vel Magn.m D.D. Marquardum Comitis, et Tyrolis, dimisam de dicto Castro Laorato factae, et evictio aliqua ob dictam causam consequeretur, non teneantur idem q. Candidus dicto Dño Salono, et fratribus de evictione, et sic inter eos per pactum extitit conventum, et predictam venditionem, ac omnia, et singula in hoc

instrumento condicta perpetuo firma habere sub pena Mille Florenorum aureorum, stipulatione solemni in singulis Capitulis huius Contractus promissa, que toties exigi possit cum effectu, quoties fuerit contrafactum, qua pena soluta, vel non, et in hunc modum datus fuit nuntius seruitii per dictum q. Candidum dicto Domino Solono pro se, et quo supra nomine recipienti Vorticus de Canoniaco testis suprascriptus, qui ipsum ad omnem ipsius, et dictorum fratrum suorum voluntatem in tenutam, et corporalem possessionem ponat, et inducat, et omni meliori modo ad sensum sapientis.

Premissum instrumentum aliena mihi fida manu exemplatum et eductum ex alio producto penes q. D. Antonium Barbatum Notarium Vanensem sub die 26 Februarij 1526 per D. Agnetem uxorem q. Danielis Cisternini contra Nobb. de Mad. rogatus publico. Ego Valentinus Ornianus Vanens. Collegij Notarius cum signo, die 21 Januarij 1580.

Signum Not.

Nos Marcus Lo

Nos Marcus Ceno pro Ser.mo Duc: Dom: Venet. Patriæ Sori Julii: Locumt. Gñlis fidem indubitam facimus, et attestamur suprascriptum D. Valentinum Orsianum esse Nots publicum Cott.m Vtini, cuius publicis scripturis hic plena fides adhibetur, et ubique locorum merito est adhibenda. In quorum fidem

Vtini die 29 January 1580

Locus sigilli

Pomp. Ruffus Nots Canc.ri M.to

Premissa omnia contenta in his quinque paginis manu fida exemplata ex aliis autenticis existentibus in Cancell.a Mag.ce Cittatis Vtini

Gaspar Libinus Canc. sub. et sig.to

in signum Noty

Nos Georgius Contarenus pro Ser.mo Duc: Dom. Venet. Locum. Gñlis P. F. J. fidem indubitatam facimus, et attestamur, quibuscunque suprascriptum D. Gasparem Libinum esse Cancell.m huius Mag.ce Cittatis, cuius scripturis hic, et ubique &c. et ideo &c. in quorum &c.

Vtini die 9 xbris 1635

Valent. Orsianus Nots Canc.ri M.to

Locus sigilli

(C+9) 39

Fradizo.
1591
23 Luglio
A. b. 138

In Christi nomine Amen. Anno ad nativitate eiusdem Millmo tricentesimo nonagesimo unino Indne 4 die vigesimo tertio Julij. Actum in Castro Soplombergi in Curia parua arce secundam sor- tam ianus Castri, presentibus Rdo in Xpo Patre Dno Augustino Dei gratia Episcopo Concordien, circumspecto viro Dno Matthia Cozchial Capel- lano infrascripti Dni Pathe, Nobb. et insignib Viris Domino Joanne Paduano de Colloredo, et Joanne Antonio de Civitate Austrie q. ... testibus, et alijs pluribus vocatis, et rogatis.

Constitutus in presentia in Xpo Patris, et Dni Nostri Joannis Dei gratia Sancte Sedis Aquil. dignissimi Patriarche, Nobilis Vir q Federicus q Nobilis q Belli de Savorgnano in Fradizio ... et idem Domino Patriarche ex certis, iustis, et rationabilibus, causis ... non hoc mouentibus ut asseruit in manibus eiusdem Domini Patriarche libere et sponte resigna- uit ... locum Fradizij cum bonis mansis,

honoralibus, nemoribus, pratis, et alijs iuribus
omnibus ad dictum Castrum quocumque modo
spectantibus, et pertinentibus, quod Castrum
cum bonis, et iuribus antedictis ipse q. Federicus,
progenitoresq. sui habuerunt, recognoue-
runt, tenuerunt, et possiderunt ab ipso Dño
Patriarcha, suisq. predecessoribus, et sua
Aquileien. Ecclesia iure recto, et legali
feudi, quam renunciationem hic in suis
manibus libere, et sponte factam, ipse d.
Patriarcha admisit, et omnibus modo, iure
et forma, quibus melius, et efficatius potuit,
acceptauit, quibus sic ut admittitur per
actis R.mus Dominus Patriarcha pre=
fatus volens sibi, et Ecclesie sue nouum, et
fidelem Vassalum acquirere, considerans q.
promptam fidem, et fidelitatem, quam Nobilis
q. Henricus q. q. Joannis de ormono, et proge
nitores sui ad ipsum Dominum Patriarcham,
predecessoresq. suos, et suam Aquileiensem
Ecclesiam semper feruenti animo habuerunt

et ut

et ut ad illam fervertius animetur ibidem,
ut in instanti eidem q. Henrico pro se, suisq.
heredibus recipiente, ipse Dominus Patriarcha
pro se et successoribus suis, suaq. Aquileiensis
Ecclesia antedicta, dictum Castrum Phadrini,
sic ut permittitur renunciatum, cum bonis, man-
sis, nemoribus, pratis, zonealibus, et omnib.
alijs suis iuribus, modo, iure, et forma, quibus
melius, et efficacius potuit tam de iure, quam
de consuetudine plenissime concessit inuestiendo
eundem q. Henricum pro se suisq. heredibus reci-
pientem. ut supra, et coram eo flexis genibus
existentem ac humiliter acceptantem dicto
iure feudi, seu eo iure, quo dictus q. Federicus de
Sauorgnano dictum Castrum cum bonis, et iurib.
omnibus antedictis ab ipso Domino Patriarcha,
et sua Aquileiensi Ecclesia habebat, tenebat,
et recognoscebat per fimbriam suam tunicae
plenarie de eisdem salvo semper iure, et dictae
sue Ecclesiae, et alterius cuiuscumq., demum autem
ipse tactus q. Henricus pro se, et heredibus suis

antedictos in manibus Domini Patriarche prefati fidelitatis debitum prestito iuramentum, quod idem Bartolus, quilibet Domino suo prestare in talibus consueuit.

Et ego Joannes q. Domini Odorici de Susanis de Utino publicus Imperiali auctoritate Notarius ... dicti Domini Patriarche, Cancellarius, predictis renunciationi, concessioni, et inuestitioni, et omnibus aliis suprascriptis presens interfui rogatus, ac de mandato ipsius Domini Patriarche, predicta omnia scripsi, et fideliter publicaui, meis signo, et nomine. consuetis appositis in fidem, et testimonium premissorum. S.

1420 30. julii. Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum Vniuersis, et singulis presens priuilegium inspecturis salutem, et omne bonum. Cum egregius vir Christophorus de Marcha parvum forum Julij dominus dicti loci comparens ad nostram presentiam gratiam, et terram Domini[..] subiectus, et humiliter inclinatus. Nos uo. Intes versus eundem Christophorum ea nostra benignitate

eum ad

eum ad nostram gratiam acceptavimus, et numero nostrorum fidelium aggregavimus volentes, et intendentes ipsum prosequi nostris favoribus, et patrocinijs gratiose eis conditionibus, atque modis, quod sit sub obedientia, et fidelitate nostri dominij, remanente ipso in possessione, et dominio Castri supranominati, sicut fuit temporibus retroactis, et habeat omnes eius fructus, redditus, et proventus suos, et eis gaudeat, et utatur pro suo libito, voluntate. faciente ipso, et observante erga nostrum dominium circa recognitionem eiusdem loci, et circa alia sicut facere tenebatur, et observare Patriarchis, sive Patriarchatui Ecclesiae Aquileiensis in omnibus, et per omnia; et sic prelibatus Christophorus promisit se facere, et inviolabiliter observare, deponendo in nostris manibus fidelitatis, et obedientiae observandae iuramentum nostro dominio, in quorum fidem, et evidentiam presens privilegium fieri fecimus, et pendente nostri sigilli munimine robore

munitis.

Dat. in nostro Ducali Palatio die penultima Junij Ind.ne 13 MDCXXX (sic: millesimo quadrigentesimo...)

Gio. Francesco Girardi auttorità Veneta Nod.o

alli Feudi dalle scritture [illegible] per il Rev.o sopra [illegible] [illegible], sotto li 12, Marzo 1630 [illegible]

essecution dell'ordeni publici estrasse, sottoscrit=

Signum Not.ij — se, et sigillò: [illegible]

Nos Georgius [illegible] pro Ser.mo Duc. Dom.

Venet. [illegible] Patrie Fori Julij [illegible] universis

fidem indubiam facimus, et attestamur supra=

scriptum Sp: D.num Joannem Franciscum Girardi

esse legalem, et fide dignum Not.m pretorium

auctoritate Veneta, cuius scripturis publicis

et subscriptionibus sic, et ubique plena fides

adhiberi potest. [illegible] in [illegible]

Vtini die 6 Xbris 1635

Sigillum S.ti Marci

Theod.o Ceporeo Nod. di Canc.

de M.to

Pro Nobb. Dnis Consortibus Soraguldis. Ad quorum instantiam Mag.cus Dnus Locumtenens manda=uit, hoc infrascriptum Privilegium, et instru=mentum transcribi, et compaginari debere in actis

Ad 42 b. Cancellarie ad cautellam, cum hoc quod talis compaginatio non habeat augere, neque diminuere uires, et auc=

morticini et de Strassoldo toritates ipsius instrumenti, sed quod sit, et remaneat ubi erat, quod instrumentum repertum fuit in domo olim Dni. Nicolai de Soragoldo, mandans ipsius exemplum dari ipsis Nobb., ad quorum petitionem, cuius tenor est. &.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo tricentesimo duodecimo Indictione decima

1312 die penul. Martij. Presentibus Guarino de Vat=

penul. Martij. cheberg, Francisco de Moznach, Vuorlico dicto

Sorasoldum, et Morteglianum Grol, Henrico q. Dni Andree de Cecura, Her=mano de Traburch, Notario infrascripto dni Comitis, et aliis testibus fide dignis. Dnus Bernardus de Sorasolt filius q. Dni Gabrielis petijt inuestiri a Mag.co Dno Henrico IIJ Comi=te Goritie de Aduocatia de Morteliano cum

Juditio, siue genitali ipsius, et omnibus, quod ad dictum iudicium pertineret, saluo, et reseruato, quod si aliquis, uel aliqui ad ipsum genitale condemnandi essent in membris, uel personis, illi, uel illi Dno Comiti, uel eius officiali, siue eius iudici assignari debeant, et puniri secundum merita; Item petijt inuestiri de hospitijs, albergarijs, siue pernoctationibus in dicta uilla. Item de omnibus mansis, quos ipse Dnus Bernardus, et illi de domo sua habent in uilla predicta. Item de uno burgo in uilla Codroipi. Item in uilla Virch de duobus mansis, et duobus sediminibus molendini. Item in Furniano dimidio molendino, cum siluis, et pratis. Item de omnibus bonis, que habent in Cultcha; I[tem] de omnibus bonis, que predecessores eorum emerunt a Iulier Rifes Goritie cum decimis ad ipsa bona pertinentibus, et generaliter de omnibus bonis, que ipse Bernardus, et progenitores eius ab ipso Dno Comite Goritie, et patre suo hactenus habuerunt, et ipse Bernardus, et illi de domo sua ab ipso D. Comite habere debent, qui Dnus Comes eius

precibus

precibus inclinatus ipsum Dnum Bernardum
recipientem pro se, et illis de domo sua, de-
predictis omnibus, ut de iure debuit, et potuit,
manu propria investivit, ipsius Dni Comitis,
et heredum eius, et cuiuslibet persone iure
semper salvis. Qui Dnus Bernardus omnibus sic
peractis, prefacto Dno Comiti fidelitatis pre-
stitit iuramentum, quod in quolibet feudi con-
sueuit. Actum ante portam Castri Gonibe anno.

Et Ego Hernicus de Cremona Imperiali auctorita-
te Nots. predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

Ex Not.° Marie ipsum habuit. §

signum

Ex libro extraord. sub Ill.mo Dno Laurentio
Contareno olim Locumtenente Patrie 1541
Julij ad fol. 193. §

Locus sigilli

Hieronimus Leonus Not. Canc. Ecc. Patrie
Utini descripsit, et sigillavit §.

Exemplum sumptum manu aliena mihi fida
educta ex alio authentico existente in arca Mag.ce
Civitatis Utini Ego Gaspar Thomus Canc. Aug. etc.

signum Not.

Nos Georgius Contarena pro Ser.mo Duc. Dom. Venetiar. Paduae Com. Julii Locumtenens, etc.

fidem indubitatam facimus et attestamur quibuscumque supradictum [illegible] Gasparem [illegible] esse Capellanum huius Mag.cae Communitatis [illegible] temporibus hic et ubiq. [illegible] ideo [illegible] in quorum [illegible]

[illegible] 9 Xbris 1695

Locus sigilli

[illegible] manu [illegible] Canc.

Pretorie [illegible]

iura
16 marty
paniaco
fo 44 b.

Anno domini Millesimo ducentesimo uige-
simo secundo, indictione decima, die dominica
VI intrante mense Marty. Presentia Iacobi,
Rodulphi, Ulrici, Samuelis, Lenardi, Bonutti, Conra
di Benci, Almerici de Purcitto, Conradi, Abram
Adami pisan, Leonardi, et aliorum. Dominus Hermannus
de Rusdedo pretio C. et uiginti librarum denariorum
Ueronensium, de quibus renuntiauit pacto excep
tioni non numeratę pecunię, clamauit se tenu-
pacatum a domino Lanfranco de Manico, inuesti-
uit ad rectum, et legale feudum Uuarnerum
bastardum, Uernardum, Iacobum domini Aqui-
leiensis de duobus suis mansibus sitis in Coltura,
et habet cum decimis, et cum omnibus rationi
illis integralis, et ubiq pertinentibus; sciendum
est uero, quod Henricus filius eius Hermanni ha-
bebat decimam unius illorum mansorum, et ibi
in prefactorum testium presentia, et refutauit
in manu patris, et dedit, et cessit ibi omnem suam
rationem, quam habebat in ipsa decima prefata,
siquidem mansi iacent in Cluera, unius

per Aldirum Caiusio, et alius per Horatium
Cubeim, de quo Henricus habuerat decimam,
et hoc modo supradictas terzanas de prenomi
natis duobus mansis investivit, et ipsi, et eorum
heredes habeant, et vendant eos, atque possideant
ad rectum feudum, cum accessu, et hoc cum clau-
suris, campis, pratis, sediminibus, arboribus, vineis
aluvionibus, pascuis, silvis, et cum omnibus
rationibus illis integraliter pertinentibus tam in
montibus, quam in planitiis locis, cultum, et in-
cultum divisum et indivisum, sortitum, et in-
sortitum, promisit vero supradictus per stipulatio-
nem sub pena dupli supradicti pretii c. sol minus
rei valentis pro tempore Iuvitino, et suis heredi-
et supradictis suis vassallis, et eorum heredibus
et hoc fecit habere, per se, suosque heredes pre-
nominatum feudum, et mansos habent, hinc
ad XV annos proximos venturos ab omni homine
et ab omni parte rationabiliter auctorizare, et
defendere, et auctorizare, et si Guarnerius, vel
Jacobus, aut Guernardus, sive heredes decesserint

q Guarnerus

Hermanus, et sui heredes venirant alias tres personas, quas Dominus Luitinus voluerit de supradicto feudo investiri, sciendum est quoque, quod Luitinus voluerit aliquo in tempore hinc ad XV annos, quod Hermanus, vel sui heredes debeant refutare ipsum feudum Domino suo, refutare tenentur, sub pena dupli supradicti pretii C sol[idorum] minus, et rei valentis pro tempore, et debent ipsum feudum facere investire prenominatis personis, aut aliis tribus personis, quas tunc dominus Luitinus voluerit sine pretio, vel pretio ipsius Herman[n]i, vel suorum heredum, et pro his observandis, et attendendis extiterunt fideiussores Henricus de Rusececo, Bertoldus, ac Henricus, et Ottonelus filii ipsius Hermani, dedit equidem Hermanus dictus suis Vassalis nuntium tenutam dandi de ipso feudo nomine recti feudi ut superius dictum est. Actum in via ante portam Pontis Tridini.

Ego Porfirius Jaeri Palatii Notarius rogatus

interfui, et scripsi

Signum Notarii

Et ego Leonardus Fillonius ex Collegio Parens Notarius premissam alienationem aliena manu mediante extracti ex quoddam grossissimo processu penes me existente cartas 599 alias formato manu q. Raphaelis de Torellis Notarii Parensis, et cepto 4 Martii 1431 inter Nobiles Severium, et Simonem fratres q. Nobilis Guarnieri de Castello ex una, et Nobiles Dominas Stellam, et Antoniam sorores filias, et heredes q. Nobilis Arrici de Castello ex alia, atque expedito, ut videtur in fine dicti processus per transactionem sequutam in Civitate Padue, sub 25 Aprilis 1442, allegatam in notta quadam sub sententia in fine dicti processus iuncta manu q. Bartholomei Massini etiam Notarii Parensis. Et quia concordat cum registro, de quo in dicto processu, ideo addito

Signo

signo Tabellionatus consuetis, me subscripsi
in fidem, et testimonium premissorum

Varii die XXVI Jan.ij 1560

Nos Marcus Venerio pro; Ill.mo Ducali Dom:
Venetiarum Locumtenens Generalis Patriae Fori
Julij fidem indubiam facimus, et attestamur
supradictum Dominum Leonardum Tallonium
esse Notarium publicum legalem, et C.tt
huius Civitatis Vari; cuius publicis scripturis
plena fides hic, et ubiq, merito adhibenda
est et in [illegible]

Vari die 29 January 1560

Hier. Varmo Canc. Nott.
[illegible]

1335 7 Martii

Anno Domini Millesimo tricentesimo trigesimo quinto, indictione tertia, die decimo septimo mensis Martij. Actum in domo Cōis Clem. presentibus Michele q. Domini Bonci de Ragonea, Stephano de Virginio de Civitate Austria habitante, ibi, Nicolò de Sancto Daniele, Nicolussio della Frattina, Candido q. Domini Bonici de Maniago, Fatano Theutonico habitante in Glemona testibus, et alijs. Ibique Dominus Jacobus filius Domini Matthei de Ragonea, pro se, et procuratorio nomine, ut dicebat, Domine Hilde, Uxoris sue, et uxoris dicti Dni Matthei pro se, et eorum heredibus pretio, et foro sexaginta Marcharum sold. quod totum fuit confessus, et manifestus se habuisse, et integre recepisse a Domino Galvano q. Domini Curadi de Braniaco, renuntiavit exceptioni non habiti, et non recepti, et sibi non dati, ac numerati dicti pretij tempore huius contractus, et omni legum iuris auxilio omniq. alij pro

Sd A. 46

S. Felix di SS.ti CC. Valentini et di Lorena

iuri, tam Canonico, quam Civili, pro quo posset

se defendere, vel tueri per se, et suos heredes

iure recto, legalis feudi, dedit, vendidit, et tradi-

dit, ac investivit eumdem dominum Gaianum

pro se, et suis heredibus ementem, et recipien-

tem universa sua decimalia, et eius decima, quod

vel quam habent, et habere visi sunt in villa

Sarca sitas, et eius pertinentijs, quae quondam fuit do-

mini Francisci de Sedano cum accessionibus, et coeren-

tijs suis, usque in vias publicas, atque cum omnibus,

et singulis, quae habet supra se infra, se intra

se in integrum, omnique iure, et actione, usu, seu

requisitione, servitute, dominio, commodo, et

honore sibi ex dicta decima, vel pro, aut ipsi decu-

mae modo aliquo spectantibus, et pertinentibus

de iure, vel de facto, ad habendum, tenendum

possidendum, dandum, donandum, vendendum, obli-

gandum permutandum, alienandum, locandum

et quicquid sibi suisque heredibus deinceps per-

petuo placuerit faciendum, sine omni contradictione

et impedimento

et impedimento dictę uenditionis, pro se, et procuratorio nomine, quo supra, suorumque heredum, et cuiuslibet alterius personę, et . dicta decimalia, et ius decimę, plus ualerent pretio supradicto dictus dominus Jacobus uenditor, pro se, et procuratorio nomine, quo supra, illud plus dicto domino Galuano omnino dedit, et donauit, ipsam donationem non ualens aliqua iniuria, ingratitudine, uel causa reuocare; Qua quidem decima dictus uenditor nomine precario dicti emptoris se constituit possidere, donec de ipsa tenuta acceperit corporalem, quam accipiendi, et retinendi deinceps sibi licentiam omnimodam contulit, atque dedit, promisit namque dictus uenditor pro se, et procuratorio nomine, quo supra, dictam decimam, et ius decimę eidem domino Galuano, suisque heredibus, aut cui dare, uel uendere uoluerit, in ratione legiime defendere, manutenere, et guarentare, ac in solidum disbrigare omne damnum litis, et expensę, quod, uel quas

inde fecerint, uel substinuerint in iudicio siue
extra litem integraliter resarcire, nunquam
de ipsa decima, uel ratione litem, uel questionem
mouere, nec contra predicta, seu in presentia
per se, uel alias aliquo tempore dicere, facere
uel uenire ratione aliqua, dolo, ingenio, siue
causa sub pena dupli ualoris dicte decime,
ut a'us pro tempore ualuerit trium quinq(ue)
[illegible] (Veronen.) paruorum sub obligatione omnium
bonorum suorum presentium, et futurorum.
Que uero pena cum omni effectu totiens pe-
tatur, et exigi quoties fuerit contrafactum,
qua soluta, uel non presens instrumentum,
et omnia, que continentur in ipso suum ple-
num obtineat robur. Ad ponendum uero dic-
tum dominum Gaitanum in tenutam, et corpo-
ralem possessionem de dicta decima, candidus
testis supradictus per ipsum uenditorem eius
emptori nuntius fuit datus. Promittens in-
super predictus dominus Jacobus per se, et

suos heredes

suos heredes, et in pena, et sub pena supradicta facere, et curare cum effectu dare q. Dominus Battista eius pater, et Domina Felda eius ~~[illegible]~~ uxor laudabunt, ratificabunt, et approbabunt hanc datam, et venditionem infra unum mensem, notoq. per ipsum D.num Galuarum, vel per eius heredes fuerit requisiti, q. si facere recusarent, teneantur dicti D.nus Jacobus cum suis bonis, omnia adimplere, sub pena, qua supra. et sub obligatione omnium suorum bonorum presentium, et futurorum. Ego Thomasius de Janis imperiali auctoritate Notarius interfui rog. et scripsi.

signum Notarij

Et ego Leonardus Tullonius ex Co. V.te Clarendale Notarius premissam alienationem mediante aliena manu extraxi ex quoddam protocollo prothocollo penes me existente car. 599. alias formato manu q. q. Raphaelis de Gorellis. Notarii et c. et capto 4 Martij 1431 inter Notarii q. Jeronimum

et Dominicum fratres q. Nobilis, q. Iacobi de [illegible] ex una, et Nobiles Dominas [illegible]

et Antoniam sorores filias, et heredes q. Nob.

q. [illegible] de [illegible] ex alia, atque expeditio, ut

videtur in pre dicto processu, per transactio-

nem secutam in Civitate Padue [illegible] Aprilis

1492 allegatam in nostra [illegible], et subscrip-

tione in pre dicto processu initiata manu q. [illegible]

Bartholomei [illegible] Notarii [illegible], et quia con-

cordat cum registro, de quo in dicto processu.

Ideo [illegible] signo Tabellionatus consueto me

subscripsi in fidem, et testimonium premissorum

Utini die 26 Jany 1580

Nos Marcus [illegible] pro Ill.mo Sue: Dom: [illegible]

Patrie Fori Julij Locumt. [illegible] fidem facimus

antedictum Dominum Leonardum [illegible]

esse Notarium pub.cum et legalem huius Civitatis,

cuius quidem subscriptionibus, et scriptis fide

ampla, et ubique locorum adhibenda est [illegible]

Utini die 29 Jany 1580

[illegible] Sigilli

[illegible] Notarius [illegible]

Utini sub.t [illegible]

Cam

1335
ulo. Agosto

Maniaco

AB. 49.

Bertrandus miseratione divina Sanctae Sedis Aquileiensis Ecclesiae Patriarcha dilecto nostro Galuano de Maniaco salutem, et omne bonum. grata, et devota obsequia, quae nobis, et Ecclesiae nostrae dudum fideliter, et liberaliter impendisti, et incessanter ... impendere potenis in futurum, merito nos inducunt, ut te favore gratioso, et benevolo prosequamur, pro satisfactione igitur huiusmodi obsequii gratiarum, quod nobis, et praefatae Ecclesiae comodis in Maniaco, nec non fructus, et redditus, et proventus omnium mansorum, iuriumque quae habemus nos de eadem Ecclesia in Maniaco, Fanna, et Rosaldella Gastaldiae nostrae Auiani per nos, et successores nostros tibi, aut tuis heredibus libere concedimus, ac donamus, ad habendum, tenendum, et in tuos, ac dictorum heredum tuorum usus, et utilitate convertendum absque restitutione aliqua de iure fienda Ecclesiae Aquileiensi, donec de octingentis libris Veronensium parvorum, de quibus tibi tenemur, pro stadiis, et fabis per te nobis traditis anno praesenti pro fumento, et soli, per nos et

nostros officiales, vel successores tibi, vel dictis heredibus tuis integraliter satisfactum, mandantes universis, et singulis gastaldioni dicto de Maniaco subiectis, necnon Massariis, et colonis nostris, ac earum Villarum, quod tibi, heredibus tuis obedient, et respondeant de premissis fideliter tanquam nobis, alioquin penas, seu multitudines, quas tulentis in rebellis, ratas, atque gratas, et faciemus eas usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observare, in cuius testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas.

Dat. in Castro nostro S. Danieli die ultimo mensis Augusti Anno Dominice Nativitatis Millesimo tricentesimo trigesimo quinto ind. tertia.

Item supradicto anno, Indictione, die xi Septembris in Capitulo maioris Ecclesie Aquilegensis, presentibus D. Gabriele, ac Juliano, et Simone Diaconis mansionariis Aquilegensis, et aliis testibus. Coram venerabilibus viris Dominis Guidone, Canonicis, et Capitulo Aquilegensis Ecclesie; ibidem super infrascriptis, et aliis in capitulo more solito congregatis, et perlectis litteris, subscriptis, sigillatis sigillo, reddendo ... prefato D. Castro ac ex parte ipsius ..... super contentis in ipsis, prefato

prefati Sindici Decanus, et Canonici deliberationem
prefatis, sicut in eisdem litteris contentam prefuerunt
et assumpserunt, mandantes prefactas litteras suo
pendente sigillo communiri. &

Ego Odoricus de Bonati

Possessiones, quo suprascriptas concessas in Sarna.
Unus mansus rectus per Veneti.
Item unus mansus rectus per Antonium Vincenti
Item duo mansi recti per Antonium de Cardolin
Item duo mansi recti per Burandum de Sussanina.
Item unus mansus rectus per Enricum de Justo
Item unus mansus rectus per Blasium Nicolai de Sussa
uendidit per Nobiles de Sarna.
Item unus mansus rectus per Joannem Cacer uendidit
per Nobiles de Maniaco.
Item unus mansus rectus per Liberalem, de Augustinum
fratres de Bossos.
Item unus mansus rectus per Franciscum Jordani
uendidit per Nobiles de Sarna.
Item unus mansus rectus per Joannem grans
Item duo mansi in Basaldella recti per Petrum Thoma-
sinum de Basaldella.
Ego Cornelius Placheus Collegij Sacri, et Ceraisa

auctoritate Not.i et ad presens Maniaci Canc.ie
suprascriptum ex.tum ex alio consimili fideliter
exemplum meq.ue in fidem sub.i die 21 Januarij 1630.
Dal volume delle scritture prodotte per il sig.r
Ottavio Mercatoris per nome delli M.to Ill.ri sig.ri
Nicolo, Giacomo, et Pompeo fratelli pupilli, fioli
del q. M.to Ill.re sig.r Paulo di Maniago sotto li 19
Genaro 1630: per essecution dell'ordini publici, Gio:
Francesco Girardi auctoritate Veneta Nod.o alli
signum Not.ij feudi estrasse, sottoscrisse, et sigillò in fede &.
Udine li 30 8bre 1635
Nos Georgius Contareno pro Ser.mo Duc.i Dom: Vene
Patrie Fori Julij Locumt.s Gnalis fidem facimus
universis sup.tum sp.: D. Joannem Franciscum Girardi
esse pub.cum, et fide dignum Not.m auct.e Veneta,
et Not.s huius Canc.ie Pretorie, cuius scripturis
publicis, et subscriptionibus hic, et ubiq. fides in
quor. &
Utini die 6 Xbris 1635
Locus sigilli
Theod.s Gregoreus Not.s Canc.ie
Pretorie de M.to

CXIII

Maniacum

1353 in Aprilis

Ad L. 512

Nos Nicolaus Dei gratia sacrae Sedis Aquilegensis Patriarcha, notum facimus universis, quod cum dilecto fideli nostro Galuano de Maniaco teneamur Nonaginta duas Marchas denariorum novorum Aquilegensis monetae pro pretio domus de Portas de Civitate, quam nobis vendidit, et viginti quatuor Marcharum eiusdem monetae pro residuo cuiusdam debiti octingentarum librarum Veronensium parvorum quondam ..... Dominus Bertrandus Patriarcha predecessor noster tenebatur pro certa olim et tantum quantitate sibi dictum tradidit in pretio pro fidelitate ipsius loci, nec promptam ad presens habentes pecuniam, cum qua dicto Galuano de huiusmodi pecuniarum summis satisfacere valeamus; Ideo volentes eius indemnitati in hoc parte... cupimus providere. Quaribus, quod nobis, et nostre Aquilegensis Ecclesie competit in Maniaco, ac omnes mansos, et iura pertinentia ad eos, et ad eandem Ecclesiam

in uillis de Maniaco, Tarna, et Badalecla Gastaldie nostre, Faianii nostro, ac successorum nostrorum, et Aquil. Ecclesie nomine, ipsi Galuano, et suis heredibus pro prefatis sexdecim Marcharum, tenore presencium obligamus, et pro pignore ipsas deputamus volentes, quod illa habeant, et teneant, et eis gaudeant, donec per nos, aut successores nostros de huiusmodi censum, et sexdecim Marchis sibi fuerit integre satisfactum ita tamen, quod facta sibi satisfactione huiusmodi, quinibum, mark; et iura omnia sucundicta ad Aquileiensem Ecclesiam libere restituantur. In quorum omnium testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas. Datum Utini in nostro Patriarchatu. Vicesimo die ix. Aprilis Anno Domini 1353 Ind.ne vi.

Cottej —

Spaniacum

1420

5 Junij

Fol. 51

Thomas Mocenico dei gratia dux Venetiarum Universis, et singulis, ad quos presens Privilegium advenerit salutem, et dilectionis affectum. Harum serie declaramus, quod cum Egregius vir q. Bartholo[meus] ... q. Nichili de Spaniaco habens ad infrascripta plenam libertatem per publicum Procurationis, et Syndicatus instrumentum per nos visum, ad nostram presentiam compareret suo proprio nomine, et nomine Egregiorum virorum Galvani, et Odorici fratrum filiorum q. Baldovini de Spaniaco eius Consortum in eodem instrumento procurationis expressorum, humiliter, et devote nostri dominij gratiam implorasset, atque veniam. Nos volentes ipsos, eosdem Bartholomeum, Galvanum, et Odoricum Consortes de Spaniaco, ut seniori ... ipsos ad nostram gratiam acceptavimus, et in nostrorum fidelium aggregavimus, ut essent, vi

et intenderet ipsos protegere nostris favori
et Patrocinijs gratiosis eis conditionibus, atq
modis, quod sicut Magnificus Gubernator
exercitus nostri eosdem ad nostram gratiam
acceptaverat, sive sub obedientia, et fidelitat
nostri dominij remanentibus ipsis in posses
sione, et dominio Cassiani, in quo sicut
fuerunt temporibus retroactis, et habeant
omnes suos solitos sive eis redditus, et pro
ventus, et eis gaudeant, et utantur pro suo
libito voluntatis. Facientibus eis erga
nostrum dominium circa recognitionem
eiusdem Loci, et alijs, sicut facere tenebantur
et observare Mediolani sive Papiensi Ecclesiae
fuerint in omnibus, et per omnia, et hic
predictus Bartholomeus nomine suo, et
dictorum Cassiani, et Bonini eius Consortum
promisit se facere, et inviolabiliter observa
re, prestans in meis manibus nomine suo,
et dictorum

et dictorum Galvani, et Adonici observantiae, fidelitatis, et obedientiae debitum iuramentum; In quorum fidem et evidentiam presens Privilegium fieri fecimus, et pendentis nostrae bullae plumbeae roboratae munini.

Datum in nro Ducali Pal. die 5 Junij ind.ne XIIj 1420.

Praescriptas litteras aliena manu descriptas ex alio exemplo in Cancel. Cosbalis Civit. existente Jos. Dominicus Sallomonius Cancel. Mag.ca Cosbalis Civi. pub.s et fid.s

Locus sigilli

Praescriptas duas investituras manu aliena mihi fida edictas ex alio authentico existente in Cancel. Mag.ca Cosbalis Civi. Gaspar Sl..linus Cancel. pub.s et fid.s

Signum

Nos Georgius ... Illmo Duc. Dom. ... Locumt. ... attestamur sup.tum D. Gasparem ... Cancel. huius Mag.ca Cosbalis Civi. cuius script. pub. plena fides adhiben. In quorum fidem

Locus sigilli

Jadre die 17 Nov.is 1635

Jos. Fran. Girardus Not. P.E. Jadre mdrs

Copia /

Concessio facta Galuano di Maniaco de Canneto Maniaci et redditi maxor, q habet Ecclesia Aquil. in Maniaco, Tarra, et Balzalgella Gastdi Fiuan: § | Dominus Patriarcha Bertrandus concessit Galuano de Maniaco Gamiburm, quod Aquil. Eccl. competit in Maniaco; nec non fructus, redditus, et proventus omnium mansorum, et iurium, que ipsa Ecclesia habet in Maniaco, Tarra, et Balzalgella Gastaldie Fluan; ad habendum, tenendum, et in suos usus convertendum absque responsione aliqua, de ipsis fienda dicte Ecclesie, donec de octingentis libris Veronensium parvorum, in quibus idem Dnus Patriarcha sibi tenebatur, pro blada, et fabis, ei traditis per ipsum Galuano pro fulmento Foroiulii, per eundem Dominum Patriarcham, aut eius officiales vel successores sibi extiterit satisfactum prout de eis constat in notis Gubernatoris. Notarii §

Fol. 21. 51

Maniacum

Et Ego Bernardus q. Dni Joannis de Susannis de Varo Publicus imperiali auctoritate Notarius ex comissione mihi facta per Magnificum, et generosum Virum Dnum Lucretiam Dominum pro Serenissimo ac inclito Duc: Dom: Venet

et Patrie Fori Julij tunc Locumtenentem, pro ut iacent in vacchettis, et in dicto publico thesauro Excellentis Aquilegiensis Communitatis: ex quibus Autenticum sumpsi meis Notarijs nil addendo, uel minuendo, quod sensum mutet, uel uariet intellectum, de mandato Magnifici, et Praeclarissimi uiri Domini Jacobi Lauredano Patrie Locumtenentis fideliter scripsi; et in hanc publicam formam redegi signo; nominisque mei apositis consuetis in fidem, et testimonium premissorum omnium, et singulorum &

Premissum transumptum ex alio penes me existente publico, Ego Valentinus Omianus ... Notarius Venetiarum Matriculatus cum signo in fidem &

Signum Notarii

Die 21 Januarij 1560.

Nos Marcus Veno pro Serenissimo Ducali Dominio Venetiarum Patrie Fori Julij Locumtenens Generalis fidem indubiam facimus, et attestamur suprascriptum Dominum Valentinum Omianum esse Notarium publicum ... cuius publicis scripturis hic plena fides adhibetur, et ubique locorum adhiberi debet. In quorum fidem.

Locus sigilli

Utine die 29 Januarij 1560. Pomp. Ruffus Notarius Cancellarius

Suprascripta omnia contenta in antescriptis
tribus paginis manu fida educta ex alio au=
thentico existente in Cancell. Mag.ce Comitatis
Signum Not.rii (Tini Gaspar A[illegible] Cancel. subst. et sigil. [illegible]

Nos Georgius Contarenus pro Ser.mo Duc. Dom.
Venet. Loci Gen.lis Patriae Tini [illegible] fidem in=
dubitatam facimus, et attestamur quibus=
cumque supra.tum D.num Gasparem [illegible] esse
Cancell.m huius Mag.ce Comitatis, cuius scrip.
hic et ubique [illegible] fidei [illegible] in Quorum
Tini die 9 Xbris 1633

Locus sigilli

(Valerianus Orsinanus Not. Cancel.
[illegible] mandato

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem
1393 Millesimo Tricentesimo nonagesimo tertio, in=
21 7bris dictione prima die 21 septembris. Actum Vtini
Aquilegensis diocesis, in castro Patriarchali, et sala
P. L. 57 ante cameram aquilarum cubicularium infrascripti Domini Patriarche; Presentibus Nobilibus,
Marinianus egregijs, honorabilibus, et prudentibus viris
Fratre hereditario de Arabico Magistro curie eiusdem Domini Patriarche, et Vuielmo del Bereria militibus, Magistro Jacobino artium, et medicine
doctore, Desiderato Lucio cive Venetiarum, et Joanne Ottario, Vicario de Civitate Austrie testibus,
et alijs pluribus Constitutus in presentia Reverendissimi in
Christo Patris, et Domini nostri Domini Joannis
Dei gratia Sancte Sedis Aquileiensis dignissimi Patriarche
nobilis vir q. Baldassar q. Domini Galvani de Maniaco, eidem Domino Patriarche tamquam maior, et
antiquior domus sue, pro se, suisque Consortibus,
et omnibus de domo sua humiliter supplicavit,

ut cum ipse, et dicti de domo sua bona infra-
scripta a sua Aquileiensi Ecclesia, suisque prae-
decessoribus ab antiquo habuerint, et possiderint,
possideantque ad praesens iure feudi, eundem
de istis bonis, et omnibus aliis, quae ipse, vel dicti
sui consortes haberent in feudum a dicta Eccle-
sia, de quibus non haberet notitiam de speciali
investire benignius, et gratiosius dignaretur.
Qui Dominus Patriarcha, sperans, quod idem q. Baldas-
sius, suique Consortes, prout fuerunt semper sibi,
et Ecclesiae suae erunt fideles, et propterea ipsius
q. Baldassii supplicationibus, tanquam in hac
parte iustis, et rationibus inclinatus, eundem
q. Baldassium, coram eo flexis genibus existentem,
et pro se, dictisque suis Consortibus, et ipsorum
heredibus recipientem de bonis infrascriptis, et
aliis omnibus, quae haberent in feudum ab
Ecclesia sua, et suis praedecessoribus dicto
iure feudi, seu eo iure, quo ipsi, et progenitores
ipsorum

ipsorum à predecessoribus dictis iure feudi, ipsa bona venerunt, habuerunt, et possi=dérunt per fin. dñam sue Servicy pleraniè investiuit, salvo semper iure suo, suorumq; Aquilis Calabrie, et alterius cuiuscumq; Quib peractis, tunc idem C. Baldassar in manibus dicti Patris pro se, et dictis de domo sua fidelitatis debite prestitit iuramentum, quod fidelis Vassallus quilibet domino suo in talibus convenit. bona autem feudalia per eum ibidem in scriptis data, de quibus supra fit mentio, sunt hec; (Vz) Castrum Rhaciaci, cum turribus, et palatijs novis, et veteribus, et omnibus casalibus dicti castri, et cum villa, dohcalibus, et garribus toto eiusdem ville, et Villarum, ac cum omnib, et singulis bonis, et iuribus spectantibus ad ipsum Castrum, tam in Monte, quam in plano, et ad totum garritum, et dominium

eiusdem Castri, et eiusdem pertinentiarum ipsius; ubi spectat, et pertinet Castro predicto, et nullis ipsius Castri, asserens se de aliis non habere notitiam. &c.

Et ego Joannes de Jusannis de Vairo pub.^s imperiali auctoritate Notarius, et dicti Domini Patriarche Cancellarius predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et fideliter publicavi; meis hic signo, et nomine appositis consuetis, in fidem, et testimonium omnium premissorum.

signum, &c.

Ex alio exemplo in Cancellaria Com.tis existente Joannes Henricus Sallomonius Cancell.rius Mag.ce Communitatis Vairi fideliter descripsit, et sig.vit &c.

1403 Aprilis.

In Christi nomine Amen. Anno natiuitatis eiusdem Mill.mo quadrigentesimo tertio, undecima Ind.ne, die secunda Aprilis. Vtini Actum Aql. Dioc: in Castro Patriarchali, et salla, ante cameram cubicularem infrascripti Dni Patriarchae. Presentibus R.dis in Christo Patribus, et Dnis Dnis Antonio Dei gratia Episcopo Concordien., et Franceschino eadem gratia Abbate Rosacen., Nob. et egregijs uiris Dominis Simone milite de Colloreto, Cosimo de Castello, Federico de Sauorgnano, et Aquino de Vermo inferiori, et alijs in multitudine copiosa. Constitutus in presentia R.mi in Christo Patris, et Dni nostri Domini Antonij Dei gratia sancte Sedis Apostolice dignissimi Patriarche, Nobilis et Galuanus notarius, Nob. uiri q. Baldassij de Maniaco, et pro se, se uice, et nomine fratris, fratrum, et consortum suorum, ac omnium de domo sua, exceptis heredibus q. Nihili et Bartholomei q. Dominici de eodem loco, eidem Dno

Ar. K. 59

Maniaci

Abbate cum instantia humiliter supplicauit,
ut cum dicti de domo sua, et ijsi à predecesso-
ribus eiusdem domini Abbatis suag, Archiep.
Ecclesia habuerunt, recognouerunt, tenuerunt,
et concederunt iure recti, et legalis feudi bona
feudalia infrascripta ipsum Galuanum pro se,
et pro supra nomine de bonis feudalibus huius-
modi inuestire benignius, et gratiosius digna-
retur; Qui verò dominus Abbas eiusdem Galua-
ni supplicationibus tanquam in hac parte
iustis, et rationabilibus inclinatus eundem
Galuanum coram eo flexis genibus existentem,
et pro se, et uice et nomine predictorum, et
suorum heredum recipientem de bonis feudalibus
antedictis et infrascriptis per fimbriam sue
tunice plenariè inuestiuit, saluo semper iure
suo, suag Archiep. Ecclesie, et alterius cuius-
cumq; Quibus sic peractis, dictus Galuanus
pro se, et dicto nomine in manibus eiusdem
domini Abbatis debitum fidelitatis iuramentum
prestitit,

prestitit, quod fidelis Vassallus quilibet
Domino suo, prestare in similibus convenit.
Bona autem feudalia supradicta sunt hec,
per eam ibidem in scriptis data per cedulam
talis tenoris, ista sunt vera et legalia feuda,
que ego Baldassar de Marriaco cognosco ab
Ecclesia Aquile et Dno Pret. Castrum
Marriaci cum, omnibus, et palatijs novis,
et ultimis, et omnibus Casalibus dicti Castri,
ac totum garritum, et dominium eiusdem Castri
Marriaci, et villarum spectantium, et pertinen-
tium dicto Castro cum garritu, et dominio tam
in monte, quam in plano, et si aliqua alia
feuda haberem, illa recipio, sicut ista, et omni
tempore quo illa sciam declarabo, sicut ista.
Et ego Bertrandus q. Ab., et predictis interfui
q. Joannis de Susannis de Utino, pub. Imp.
auctoritate Notarius ex comissione mihi
facta, per Mag.cum et Generosum Virum
Dominum Lucam Grono pro nro Ser.mo

inclyto, et Ill.mo Duc: Dom: Ubaldo Patrie

Pon. Julij locumtenente ...ptem, prout inueni

in nobis, et abbreuiaturis inuestituraru

olim genitoris mei nihil addendo, uel minuend.

quod sensum mutet, aut uariet intellectum

in hanc formam publicam redegi, et publicaui,

signo, nomineq. meis appositis consuetis in

fidem, et testimonium omnium, et singulorum

premissorum, et quia illa uerba in fine instri

apposita Vz recognouerint, seruerint, et posse

derint, que in sextadecima linea successiue

post verbum habuerint ad istud signum .. .

ex errore omisi, ideo illa manu propria

in fine instri scripsi, et apposui. ...

Praesentem inuestituram aliena manu

signum Not.i — descriptam ex alio exemplo in Cancell.ria Com.

Vrni existente Jo. Lucas Salomonius

Cancell. Mag.ce Comunis sub.t et sig.e ...

1407
3 Aprilis

Investitura de
Maniaco.

Lib. 60 -

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem
Millesimo quadrigentesimo septimo, indictione quin-
decima, die tertia Aprilis. Actum Utini Aquilej.
Diœc: in Castro Patriarchali, et camera cubicu-
lari infrascripti Domini Patriarchæ. Presentibus
Rdo in Christo Patre domino fratre Francischino
dei gratia Abbate Rosacense, Egregiis, et Nob-
ilis domini Simone de Colloredo milite, Joanne
de cavalcantibus [illegible] doctore, Joanne de Zucco, et
Federico de Murutio [illegible] et aliis. Constitutus in
presentia Rmi in Christo patris, et domini domini
Antonij dei gratia Sanctæ sedis Aquileiensis
Dignissimi Patriarchæ pro se, ac vice, et nomine Nob.
domini Bartholomei q. Ponici de Maniaco
consanguinei sui humiliter supplicavit, ut cum
ipsi, et progenitores eorum a predecessoribus eiusdem
domini Patriarchæ, suæ. Aquileiensis Ecclesiæ
diutius habuerint, recognoverint, tenuerint,
et possiderint, ac teneant, et possideant de presenti
certa bona feudalia infrascripta. eundem

Bartholomeum q. q. Nihili pro se, et dicto nomine de bonis feudalibus huiusmodi inuestire benignius, et gratiosius dignaretur, Qui Dominus Patriarcha ipsius supplicationibus tanquam in hac parte iustis, et rationabilibus inclinatus, eundem Bartholomeum q. q. Nihili coram eo flexis genibus existentem, et pro se, et uice, et nomine dicti Bartholomei q. q. Dominici consanguinei sui, et ipsorum heredibus, recipientem de dictis bonis feudalibus, et iure feudi, quo ipsi, et progenitores eorum à suis predecessoribus, et dicta sua Aquileiensi Eccle=sia illa habuerunt, recognouerunt, tenuerunt, et possiderunt, per fimbriam sue tunice ple=narie inuestiuit, saluo semper iure suo, suæque Aquileiensis Ecclesiæ, et alterius cuiuscunque. Qui quidem Bartholomeus q. q. Nihili pro se, et quo supra nomine in suis manibus prestitit debitum prefato iuramentum, quod fidelis vassal=lus quilibet Domino suo prestare in talibus tenetur;

Bona

Bona autem feudalia sunt haec. Primò pars ipsorum bonorum de Draniaco, ac Turrium, et partium novi, et antiqui, cum garrino, et iurisdictione ipsius Castri, et villa, ac villarum ad ipsum Castrum quocumque modo spectantium, tam in monte, quàm in plano; dominalibus, ac bonis omnibus;

Et Ego Joannes f. Dni Dominici de Susannis de Plano pub. Imptli auctte Nott.; et dicti Dni Patrlis Carlett. predictis interfui, et rogatus de mandato eiusdem Dni Patrlis [illegible] scripsi, et fideliter publicavi meis signo, et nomine apponi consuetis in fidem, et testimonium omnium premissorum, et verba premissa addidi manu propria per errorem demissa &

Quae scripturam suprascriptam aliena manu describtam ex alio exemplo in Canc.ria Utini ōis exist.te Jo. Dnicus Salamonius Canc.r, Nob.e Com.ris Civ. Utini publ.s, et Sig.e &

Locus signi

1457 In nomine Domini nostri Jesu Xpi. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo
4 obris septimo, inditione quinta, die quarta mensis octobris. In sala audientie Castelli Utini presentibus
Maraco spectabili viro domino Antonio Trono Patricio Veneto, et
nobilibus viris Lelio et Nicolai de Bombanis, et
Ad c. 61 Christoforo de Cignonis, et Jacobo Bertrando Causidico,
et Cive Utini; ac Jo. Memorandia Vicecancellario infrascripti domini Locumtenentis testibus omnibus
ad hec specialiter convocatis. Coram Magnifico ac
sapientissimo viro domino Paulo Bernardo Benemerito provincie Foroiulii Locumtenente gratis pro
Illustrissimo et Florentissimo Venetiarum Do. Comparuerunt Nobiles,
ac integerrimi viri Nicolaus q. D. Galvani de Maniaco, ac Simon q. Bartholomei de dicto loco Con-
sortes, et exposuerunt, quod cum sui genitores, ac
predecessores fuerunt investiti a Reverendissimis domini Patriarchis,
et successive a Magnifico q. D. Ruberto Mauroceno
primo in patria nostra pro nostro Illustrissimo Duce Do. Locum
1. tenente de omnibus suis feudis antiquis iure recto, et
legalis feudi, prout sic ibidem clare ostenderunt

q. diuersa priuilegia, primo concessa q. Ioh. uiro q. Baldasso de Maniaco, per Rmum D. Ioh. dei gratia Patriarcham Aquilegensem in millesimo tricentesimo quadragesimo tertio, ind. undecima, die 24 mensis Ianuarii, scripto tali millesimo per Ioh. q. Iacobi Notarium, et ipsius D. Patriarche cancellarium; et deinde uno alio concesso Ioh. uiro q. Ianuario filio q. Baldassi filio, per Rmum D.num Antonium Patriarcham Aquilegiensem, scripto per Bertrandum de Sesaronis de Castro ex commissione hodie facta per Magnificum D. Lucam Trono nunc in Patria Fori Iulii locumtenentem de nouis inuestituram q. Ioh. eius patris, a me Notario infrascripto, et literis uero confirmationis omnium predictorum in forma debita cum multis aliis priuilegiis antea suis progenitoribus concessis, Magnificentia sua nunc digneq ipsos inuestiuit ipsum q. Nicolaum pro se, filiis, et heredibus suis, ac ipsum q. Simonem pro se, Iacobo, Christoforo, et Federico eius fratribus, filiisq suis, et heredibus, ac successoribus, et primo de Castro Maniaci cum turri, et palatiis ueteris, et nouis, et omnibus casalibus dicti Castri, et cum uilla, dominalibus, et garitu toto eiusdem Castri, et omnium pertinentiarum ad spectant,

ubi spectant, et pertinent castro predicto, et villis ejus Castri, et de omnibus aliis, et generaliter bonis suis feudalibus tenentis cuiuscumque, locatis, et positis in patria Fori Julii, nec non tenementum investituram de uno manso, et uno molendino, et una brayda locatis in villa, et territorio Albinum prope Cavrasonum. Que bona olim Dnus Conradus, et q. Henricus, et Dolanus habuerunt in feudum ab Ecclesia Aquilegiensi, et generaliter de quibuscumque aliis bonis, que in futurum aliquo modo appareret esse feuda nostre Ecclesie Aquilegiensis. Qua protestatione audita prefatus Rmus Dnus Locumtenens laudabili commotione dictorum Nobilium de Mariaco in recognoscendis eorum feudis, habita super inde matura informatione, et deliberatione, nec non intellectis supradictis eorum privilegiis in presentia sua, et tenentium lectis ad pleniorem huius rei gerende certitudinem accepto ..., et ante omnia a dictis q. Nicolao, et q. Simone de Mariaco Consortibus

prole, et eorum fratribus ex debito iuramento fidelitatis, et obedientiae, ceterisque in similibus prestari consueto eosdem Nicolaum, et Simonem Consortes de Branisco ibi presentes flexis genibus humiliter petentes, et devote suscipientes pro se suis prioribus antedictis, filijs, et heredibus cum annulo aureo, quem in sua manu tenebat solemniter, legitimeque investiuit de omnibus, et singulis bonis feudalibus antedictis, ut supra ordinata, descriptis iure recto, et legalis feudi, et antiqui, cum illis solitis debitis, debitisque honoribus, cum quibus sui progenitores, et antecessores ipsa bona per superiora tempora tenuerunt, possiderunt, et recognoverunt. Salvo semper iure Illustrissimae Dominationis nostrae pro loco Aquileiae, et quarumcunque personarum, mandans de predictis omnibus, et singulis publicum hoc conficiendum esse Privilegium ad futurorum memoriam corroborandum sigillo solito Sancti Marci Maioris sui Regiminis. &

Ego Jo. Paganinus filius quondam Baptistae de Paghenimis civis Venetus publicus imperiali auctoritate Notarius, et Coadiutor quondam Joannis Meliorantij Vicecomitis Cancellarij prefati Locumtenentis omnibus, et singulis suprascriptis presens fui, et rogatus publice scripsi. &

Jo. Meliorantius Cancellarius Magnificus subscripsi &

Ex alio existente exemplo in Cancellaria Magnificae Communitatis Utini antesignum, Notarij sequentem investituram aliena manu descriptam Jo. Stricus Salom. Cancellarius eiusdem Communitatis publicus, et scripsit &

1492
20 January
Mariaco
Ad L. 62

In Christi nomine Amen. Anno a b ipsius nativitate 1492 Indictione decima, die Veneris 20 Januarij. Actum in Castro Utini in salla residentie infrascripti Mag.ci Dni Locumtenentis. Presentibus q. Joanne de Verona Vicemiraschi, Damiano Tubeta, et Stephano de Vincentia Cabalario, testibus vocatis, et rogatis Coram Clariss.mo et Mag.co Domino Paulo Barbo dignissimo Locumtenente Patrie Fori Julij pro Ill.mo Duc. Dom. Venetiarum Constitutus Nob. q Daniel q. Nob. q Jacobi, et Consortibus, Mariaci nomine tam suo, quam ... Valerij, et Bartholomei fratrum suorum, humillima reverentia exposuit patrem suum decessisse relictis dictis filijs, et fratribus, ad quos sua bona iure pervenerunt, inter quae sunt bona quedam feudalia, reverenter petens dicto nomine investiri de bonis feudalibus, que fuerunt q. Patris sui, sive de illa parte, quam tenebat, et possidebat de infrascriptis bonis feudalibus, et sicut, et

quemadmodum sui antecessores iure veri, et legalis feudi fuerant investiti, ut constat privilegijs, tam sub ex.mis dominis Rectoris, quam sub illustrissimo Dne: D.o: Venetiarum cum sit paratus ad quecunq sibi incumbentia pro ipsis bonis erga statum Ill.mi Dni Dom. Venetiarum, prout quilibet fidelis Vassallus facere, et servire tenetur. Qua requisitione intellecta volens illi, ut possi honestè satisfacere, ita suadente iustitia, vitis plurimis investiendi in personam Nob: q Baldassi, et q. Aluarsi de Mariaco, q Nicolai, et Simonis pro se, filijs, et heredibus, et ulamatei sub p.arbl.mo Domino Andrea Bernardo tum bene merito locumtenente, certificaty, et sinceram fede ipsorum Nobilium Consortum in omne tempus erga statum Ill.mi Ducalis Dnij Venetiarum per se, et successores suos, et vice et nomine Ill.mi Ducalis Dominij Venetiarum omnibus melt modo, via, iure, et forma, quibus magis,

magis, et melius de iure potuit potest eun-
dem q. Danielem ibidem presentem, et coram
se flexis genibus humiliter petentem, et
devote recipientem pro se, et dictis fratrib.
filijs, et heredibus suis per impositionem an-
nuli in digito illius solemniter, et legiptime
Item die, loco et dictus Dominus Galuanus per se et dedit, locauit, et inuestiuit supradicto Domino Odorico iure affictus simplicis omnia supradicta bona, et hoc a festo sancte Marie nuper preterito mensis Marty usque ad unum annum futurum completum ad habendum et soluendo ipsi Domino Galuano proxime futuro festo sancte Marie mensis Marty pro dictis bonis libras ii, et x (?) promittens et tenens idem Dominus Odoricus .... pro dicto affictu soluendo obligauit omnia sua bona mobilia, et immobilia cum omni meliori

dictis die, loco, et testibus prefatus Augustinus pretio, et foro ducatorum mille, et septingentarum librarum Veronensium parvorum, quod totum pretium se fuit confessus, et contentus habuisse, et realiter recepisse à supradicto domino Galvano.

Ex causa omniq. alio suo iuri, et per se dedit, vendidit, tradidit eidem domino Galvano ementi pro se totam partem suam Castri de Campeioro, cum burgis, fortilitijs, et omnibus iuribus suis, totamq. suam masnatam cum omnibus eorum peculijs, nec non totam suam partem Castri de Randerbagno, cum fortilibus, et omnibus suis iuribus, ac omnia, et singula bona, mansos, terras, et possessiones in Villa de Montenario ubicumq. sint, ad habendum, cum omnibus iuribus, omniq. iure, et Contentarie promittens, et quia minor erat ex aspectu xxv annis, maior

maior tamen xiiij iurans corporaliter
manutenere & sub pena dupli & pro quibus
omnibus attendendis & dictus Dominus Odo-
ricus per se & in solidum extitit manutentor
dictus Dominus Odoricus per se & et Nardus
eius ~~Dominus Guardinus~~ & cum omni
nexu

supradictis die, loco, et ~~testibus~~ supradictus
Augustinus per se & dedit, tradidit, et
investivit ~~[illegible]~~ Dominum Galea-
num singulari, et recipienti uice, et
nomine DD. Nicolai, et Elisabeth
sororum dicti Augustini donationis iure,
ac iure dotium earumdem omne, et totum
suum ius, quod habebat in Contratio [illegible]
et in omnibus iuribus dicti [illegible], pro-
mittens eis manutenere, etiam iurando
sub pena & et dictus Dominus Odoricus
[illegible] et eius [illegible] [illegible]

Plavordinii, omnia mell.

Premissa omnia instrumenta edueta ex abbreuiaturis q. Domini Odorici Toboni de Vairo pub.ci manu propria. Ego Valentinus Orcianus Varensis pub.cus Not.s cum solito meo tabellionatus signo in fidem etc.

Signum Notarii

Et ego Gaspar Althinus Mag.ce Communitatis Vairi Cancellarius exemplarium suprascriptum aliena manu eductum ex alio authentico existente in ipsa Cancellaria, subscripsi, et signaui etc.

Signum Notarii

Nos Georgius Contareno, pro Ser.mo, Duc: Dom: Venet. Loci Gratis Vairie Fori Julij fidem indubitatam facimus, et attestamur quibuscumque suprad.m Dnum Gasparem fuisse esse Canc.m huius Mag.ce Coitatis, cuius scripturis sic, et ubique, est fides in quorum etc.

Locus sigilli

Vairi die 9 xbris 1635. Valentinus Orcianus Not.s Canc.r Pretorie M.o etc.

Cop

Prampergo In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis

1373 eiusdem Millesimo trecentesimo septuage=

primo 8bris simo tertio, indictione XV, die primo octobris,

Aquileie in Patriarchali Palatio in Caypha

Bob. 115 penes Ulteriorem Cameram infrascripti

Domini Patriarche, Presentibus venerabi=

libus, et sapientibus viris, Dominis Georgio

de [illegible] de Papia Aquilegiens et Pesobono

de Cereta Civitatens Ecclesiarum Decanis,

Odorico de Ragonea, et Thomasino de Bo=

lino, Aquilegiens Canonicis, et Dominis

Joanne de Montecuculis, et Rolandino de regio

Juris commorantibus iuris utriusque doc=

toribus, et aliis pluribus. Constitutus

in presentia Reverendissimi in Christo Patris,

et Domini Domini Marquardi Dei gratia

sancte Sedis Aquilegiens dignissimi Patriarche

Nobilis vir Dominus Nicolaus q. Domini

Francisci de Strampergo eidem Domino Patri-
arcæ se, et ceteris Consortibus de domo sua
humilius supplicauit, ut ipsum tanquam
antiquiorem domus de Strampergo de certis
bonis feudalibus infrascriptis, quæ ibidem
inferius dedit inuestire benignius digna-
retur, præfatus namque Dominus Patriarcha
supplicationi eiusdem Domini Nicolai ra-
tionabiliter inclinatus eundem Dominum
Nicolaum pro se, et dictis suis Consortibus,
et heredibus recipientem de bonis feu-
dalibus huiusmodi, quæ ipse, et dicti sui
Consortes, et progenitores ipsorum diutius
à Domini Patriarchis, et Aquilegiensi Ec-
clesia recognouerunt, et possiderunt per
se, suosque successores ac vice, et nomine
dictæ Aquilegiensis Ecclesiæ manu propria
inuestiuit, saluo semper iure suo, et dictæ
Ecclesiæ

Ouleti, et albertus cuiuscunq, qui tunc dominus Nicolaus in manibus prefati D. Patriarche fidelitatis debite prestitit iuramentum, quod fidelis Vassallus Domino suo in talibus prestare consueuit, Bona quidem feudalia per dictum Dominum Nicolaum in tempus data, ut inferius continetur, tenet hec VZ. Castrum de Spran-

A. pergo, cum bonis omnibus, que habent circa Sprampergum, et in villa Aoerte, eiusq. tertiam Castrum de Rauenstain cum bonis omnibus, gastaldiis, iuribus, et iurisdictionibus in montanario, et circa ipsum Castrum, et Ponteham, siue insPontasii in strata Sclaue. cum bonis, gastaldiis, iuribus, et iurisdictionibus omnibus ville, et strate Sclaue predicte, nec non mansi, et bona omnia, que habent in villa de Laforza, et, aliis et iter aliis bonis feudalibus,

si qua reperirentur eos tenere, et possidere ad Aquileiens Ecclesia, ut superius est ex=pressum, nihil addendo, quod statum mutet, aut variet intellectum meis, et signo, et no=mine appositis consuetis in fidem, et testimo=nium omnium, et singulorum premissorum

In Christi nomine Amen Anno Domini Millesimo

1448 8. Iulij

quadringentesimo quadragesimo octavo Indictione xi die vero octavo mensis Iulij: Actum super Camparea penes aliena inter Civi=tatem Austriæ, et Sani, Presentibus sp.bus Dominis Donato Cizamaro, et Blanchino Comite de Purliliis, et Laurentio q. Antonello Roschaletto Civibus Civita=tensis in Presentia. Mag.ci, et Reverendi viri Domini Andreæ Bernardo pro serenis.mo Dom: Venetiarum, et dignissimi Locumtenentis Patriæ Fori Julij, Nobilis Vir, Nob: Dominus Antonius q. Domini Mattiussi de Manzano

de Crampergo eidem Mag.co Domino
Locumtenenti pro se, et ceteris Consortibus
de domo sua humiliter supplicauit,
ut ipsum tanquam antiquiorem de domo
sua de Crampergo de certis bonis feuda-
libus infrascriptis, q.' ibidem in scriptis
dedit, inuestire dignaretur deinde. Ve-
facturus namq. Mag.us Dominus Locumt.s
cupiens de premissis diligenter informari,
certioratus de fide, sinceritate, et deuotione,
quam dictus Dominus Antonius, et Con-
sortes sui de Crampergo habuerunt, et
habent ad omnia concernentia statum,
et honorem nostri, Ill.mi Ducati Dom.
ipsius et Antonij supplicationibus iustis,
et rationabilibus inclinatus eundem
Antonium coram eo genuflexo existentem
pro se, et dictis suis Consortibus, et here-
dibus recipientem, cum annulo aureo,

quem in manibus tenebat, de bonis feudalibus huiusmodi, quæ ipse q. Antonius, et dicti sui Antecessores, ac progenitores ipsorum ab Aquilegien. Ecclesia, et à nostro Ser.mo Ducali Dominio Venet. recognoscebant, et pariter nunc per se, suos successores, ac vice, et nomine dictæ Ser.mæ Ducalis Dominationis nostræ, et Aquilegien. Ecclesiæ manu propria, et presentialiter investivit, salvo semper iure servitij debendi pro ipsis feudis, et alio quocumque iure nostræ Ser.mæ Ducalis Dominationis nostræ dictæ Aquilegien. Ecclesiæ, et alterius cuiuscunque personæ. S.

L. S. Ego Bertrandus q. prudentis viri D. Joannis de Susanna de Vairo publicus Imperiali auctoritate Notarius ex comissione mihi facta per Mag.cum et Generosum

generosum Virum Dominum Lucam Pro=
no pro Ser.mo, et Excel.so Ducali Dom.
Venetiarum, et Locum tenentem Patriæ
Fori Iulij suprascriptorum investiturę
instrumentum, et omnia, et singula
in eo contenta. prout inveni in notis
olim q. Dionisij de Fasara Avi mei Nodij
in hanc formam publicam manu mea
propria redegi, nihil addendo, vel minuen=
do, quod sensum mutet, aut variet in=
tellectum meis hic signo, et nomine
appositis consuetis in fidem, robur, et
testimonium omnium, et singulorum
premissorum.

Dal Volume delle scritture presentate
per il Mag.co Confedelando delli Mag.ci
Sig.ri di Prampero sotto li 25 Febraro
1630 per essecution dell' ordini publici

Gio: Francesco Girardi aucthorizarsi
Venetia Nod.° alli feudi estratte, sotto=
scritte, et sigillo, in fede di che &c. Vene.a 29
Xbre 1635.

Nos Georgius Contareno pro Ser.mo Duc:
Dom: Venetiar. Locum tenens Civitatis Padue Fori Julij
fidem indubitatam facimus, et attestamur
supp.m Dñum Joannem Franciscum Girardi
esse Not.m viuus Cancell. P.e, cuius scripturis,
Locus sigilli hic, et ubiq. &c. ideoq. in quorum
Vtini die 6. decembris 1635

Valentinus Ferrianus Not.
Canc. Pretoria M.to &c.

LXV

1377
p.^o Octobris.
Thampeggi
Adiio

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo tricentesimo septuagesimo septimo, indictione quintadecima, die primo Octobris. Aquilegie in Patriarchali Palatio, in camera penes publicam Cameram infrascripti domini Patriarche. Presentibus venerabilibus, et sapientibus viris dominis Georgio de Tortis de Papia Aquilegiensi, et Octobono de Cremona, Civitatensis Ecclesiarum decanis, Odorico de Ragonea, et Thomasino de Forlivio Aquilegiensis Canonicis, et dominis Joanne de Montecuculo, et Rolandino de Regio, Curiam commorantibus iuris utriusque peritis doctoribus, et alijs pluribus. Constitutus in presentia Rev.^mi in Christo Patris, et domini domini Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegiensis Patriarche, nobilis vir dominus Nicolaus q. domini Zanutti de Thampeggio, coram eodem domino Patriarcha etc., et ceteris consortibus de domo sua humiliter supplicavit

ut ipsum tanquam antiquiorem domus de Prampergo de certis bonis feudalibus in feudum quae iuxtem in scriptis dedit, investire dignaretur. Praefactus namque Dominus Patriarcha supplicationi eiusdem domini Nicolai in hac parte rationabiliter inclinatus eundem Dominum Nicolaum pro se, et dictis suis Consortibus, et haeredibus eorum recipientem de bonis feudalibus huiusmodi, quae ipse, et sui Consortes ac progenitores ipsorum dudum a Dominis Patriarchis, et Aquileiensi Ecclesia recognoverunt, et possiderunt, per se, suosque successores ac vice, et nomine dictae Aquileiensis Ecclesiae manu propria investivit, salvo semper iure suo, Aquileiensis Ecclesiae, et alterius cuiuscumque. Qui tunc Dominus Nicolaus in manibus praefati Domini Patriarchae fidelitatis debitae, praestitit iuramentum, quod fidelis vassallus domino suo praestare in talibus consuevit. Bona quidem feudalia data in scriptis per

suprascriptum

supradictorum hominum Nicolaum, ut supra continetur, unde hec ... castrum de ... cum bonis omnibus, que habent circa ... in villa ... eius pertinentiis, castrum dei ... cum bonis omnibus, ... iuribus, et iurisdictionibus in ... et circa ipsum castrum, et portarium, sive ius portarii in ... cum bonis, ... iuribus, et iurisdictionibus omnibus ville, et ... necnon ... et bona omnia, que habent in villa de ..., salvis semper aliis bonis feudalibus, siqua reperirentur ... et ... ut superius expressum est &c.

Et Ego ... de ... iurisdictione, Notarius publicus, supradicti Domini Patriarche, Cancellarius ... omnibus interfui, et rogatus meo ... signo apposito consueto &c.

Signum Not.ij.

Et Ego Leonardus ... et ...

Nos.t premissam investituram mediante alienà
manu extraxi ex quodam processu erroris
penes me existente car.s 599, [illegible] formato
manu q. q. Raphaelis de Torellis, Not.y [illegible],
et capto 4 Martij 1431 inter Nob. q. Federicum
et q. Odoricum q. Nob. q. Iordani de Arcello ex una,
et nobb. D.nas Zecillam, et Antoniam sorores fi-
lias et heredes q. Nob. q. [illegible] de Capoello ex alia,
eorumque expedito, ut videtur in fine d. processus, per
transactionem sequutam in Civitate Paduae sub
26 Aprilis 1442 allegatam in nota quadam, et
subscriptione in fine d. processus existente ma-
nu q. q. Bartol. Nazari[n]i et Not.y [illegible]. Et
quia concordat cum registro, de quo in d. processu,
ideo addito signo tabellionatus consueto me sub.i in
fidem, et testimonium premissorum
[illegible] 26 Jan.y 1560.

Marcus Zeno Loc.t [illegible] Cn.alis

Attestamur omnibus has [illegible] lecturis antedictum D.num
Leonardum [illegible] esse Not.m pu.cum et legalem
huius Civitatis, cuius quidem scripturis amplam, hic, et
ubique locorum adhibendam esse fidem.
[illegible] Januarij 1560. Jo. Bartholomeus Not.s [illegible]
[illegible]

[illegible], [illegible]

145, 40.

Apko
dreor
ties
cro
justi=
uich,
ri
co
dd
rcer=
cali=
ca
de
rn
soff.
c.
rono
ve
reis

Item

Mels

1344

12a Aprilis

Mels

D. 25 d.

In Christi nomine Amen. Anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimo quarto, indictione duodecima die penultima Aprilis. Praesentibus Nob. Viro Domino Bertoldo de Mandano Veronensi de dicto loco, Gaudio de Civitate Justinopoli, habitis in dicto loco Paulo de Aquilegia, et Nicolao de Varmo familiaribus dicti Domini Bertoldi, Desiderato de Viacho, Francisco de Agar de S.to Daniele testibus, et alijs ad hoc specialiter vocatis, et rogatis. Convenientibus in unum causa matrimonij, seu sponsalitia contrahendi inter Nicolaum Franciscum q. Nob. Militis Domini Bartholomei de Sancto Daniele, et Dominam Ritam tertiam filiam infrascripti Domini Henrici, Nobb. viris Dd. Joanne Petro de Mels, Henrico q. D. Valeoni de Gorizia, et Peterino Cortesono genero infradicti Domini Henrici ex parte una et Dominis Nicolao dicto Bottio de Mels

ac Lilii q. predicti Domini Bartholomei ex parte altera; supradictus Dominus Joannes Petrus suus predictus Dominus Sui vero, Hennius et Petrinus iuraverunt corporaliter ad sancta Dei Evangelia tactis sacris scripturis tradere, ac dare supradictam Dominam Aludetam in uxorem legitimam predicto Nicolao Francisco cum dote, apparamentis, pactis, et conditionibus infrascriptis, hinc ad quattuor annos proxime venturos, vel hoc medio, semper quandocumque per Nicolaum Franciscum supradictum, aut fratres eius super hoc fuerint requisiti ipsi Dominus Joannes Petrus, Hennius, et Petrinus, vel aliquis eorum, et converso supradicti Domini Nicolaus Franciscus de Bottius, et Lilius frater dicti Nicolai Francisci similiter tactis sacris scripturis iuraverunt ad sacra Dei Evangelia facere, et procurare cum effectu, quod dictus Nicolaus Franciscus

Franciscus eorum frater eandem dominam Alumbetam in uxorem legitimam cum dote, appositis, pactis, et condicionibus infrascriptis. Idem dominus Ioannes Leonis ex nunc, et ibidem in presentia dotavit predictam dominam Alumbetam nepotem suam ex filia eidem Nicolao Francisco eius futuro marito cum dotis et conditionibus infrascriptis, scilicet cum tota sua parte Castri de Mels, ac burgo, et cum universis, et singulis eius iuribus, iurisdictionibus, dominio, ac honoribus pertinentibus, et spectantibus ad dictam partem Castri de Mels, et cum omnibus dominicalibus, mansis, terris, et possessionibus quibuscumque, tam cultis, quam incultis, sylvis, aratis, cultis, que, vel quas possidet, et habet, seu habere videtur, et possidere spectantibus, et pertinentibus quoquo modo in Castro, burgo, et Villa Mels quecumque sint, et quocumque nomine

censeantur cum omnibus, et singulis seruis, et omnibus his de Masnata tam Masculis, quam feminis, quos habet, uel uidetur habere in villa de Mels, cum omnibus eorum bonis, seu peculiis, cum pacto expresso tamen, qd idem Joannes Petrus quandiu uixerit habere, tenere, possidere debeat, et gaudere dictam partem dotis cum omnibus et singulis aliis bonis, mansis, terris, possessionibus, ac omnibus de Masnata superius notatis, saluo semper iure dotis predicte in omnibus, et per omnia, ac etiam de bonis dicti Nicolai Francisci Marcas quattuor de redditu ad usum Curie de redditu competenti, et etiam habere debeat dictus dominus Joannes Petrus tres colonos de redditu competenti ad usum Curie ad legandum pro anima sua de proprio, et in loco conuenienti constitit se quod dictus dominus Joannes Petrus dicta bona dotalia

omnia

omnia et singula tenere, habere, et possidere dicti Nicolai Francisci nomine, et dictorum D. Alinabete et proiectis ita tamen, quod de prædictis bonis in toto vel parte dictus Dominus Joannes Petrus non possit, nec valeat aliqualiter vendere obligare, donare, vel alienare modo aliquo, sed solum usufructuare ad vitam suam cum quatuor sharchis prædictis de redditu ad usum Curiæ, ut superius expressum est, et prædicta omnia idem Dominus Joannes Petrus se attendere et observare promisit, et iuravit in manibus supradictorum Dominorum Nicolai, et Litij fratrum D. Nicolai Francisci recipientis, et stipulantis vice, et nomine supradictorum Nicolai Francisci, et Dominæ Alinabete eius Dominæ uxoris; Et insuper supradicti Domini Henricus Pater dicte Dominæ Alinabetæ, et Petrucinus eius cognatus, per se suosque heredes, ita quod quilibet eorum in solidum

teneantur obligantes se, et sua bona ad hec premissa, et facere, et dare eidem D. Simoete duo paria pannorum, seu vestimentorum unum s. unius floreni valoris, pro brachio, et alterum minoris valoris, ut deceat et alia preparamenta nuptialia, que deceant utramque partem, quo facto predictus Ioannes promisit, et debet facere eidem domine Simoete unum par vestimentorum de scarlato completum ad omnem ipsius voluntatem postquam nuptialiter conducta fuerit ad domum ipsius Nicolai Francisci eius mariti futuri: Pactis quidem habitis, et firmatis inter predictas partes, quod si contingerit eandem dominam Simoetam mori prius ipso Nicolao Franc., eius futuro marito, sine eius herede, superveniente habito inter eos, mortuo domino Ioanne Petro, idem Nicolaus Franc. habere debeat de bonis dotationis supradictis

libras

libras 200. den[ar]: parv[orum], et insuper Marchas 200 den[ariorum] Aquil[egensium] monet[ae], quas 200 Mar-chas idem Dominicus Joannes Deonis ibidem confessus fuit habuisse, et recepisse à d[ic]to [Nicolao] nomine puri mutui; renunc[ians] exceptioni non habit[orum], non recept[orum], ac sib[i] numerat[orum] dicti mutui tempore huius contractus, seu 200 Marcharum, et omni legum, et iuris auxilio, tam Canonico, quàm Civili; ac etiam quicquid repeneatur eundem Nicolaum Fran-ciscum posuisse in reparatione, et labo-rerio dicti Casoni et fuerit secundum estima-tionem bonorum virorum elligend[orum] pro utraq[ue] parte per amicos, et insuper Marchas quin-quaginta pro praedicto scarlato, si tunc d[ic]ta Domina dixerit scarlatum confessa fuerit habuisse, ita tamen quòd dictus Nicolaus Franciscus supradicta bona dotalia res-tituere non teneatur, nec debeat nisi sib[i]

onus de predictis pactis, munus 200. Marcharum, ac de expensis positis, atque factis in edificatione dicti castri et turris et de predicto feudo integre satisfactum, si vero contingerit eundem Nicolaum Franciscum mori prius ipsa domina Elisabeta eius futura uxore atque communi herede superviuente, tantisper inter eos dicta domina Elisabeta retinere debeat integras suas dotes predictas, et de bonis Nicolai Francisci Marchiani 300 debet patrimonium ad omnimodam restitutionem faciendam, tam in vita, quam in morte, ita tamen, quod fratres dicti Nicolai, et Francisci, vel sui heredes dicta bona dotalia restituere non teneantur, nec illa dimittere debeant ipsi domine Elisabete nisi sit eis prius integre satisfactum de dictis 200 Marchis predictis, ac feudo, et de expensis positis, et factis per eundem Nicolaum Franciscum in laborerio, et

edificatione

fortificatione dicti Castri, et burgi secundum eam rationem bonorum virorum, ut supra dicitur. Et haec quidem omnia suprascriptis sic dicte partes sibi invicem heredes, et cum obligatione bonorum suorum omnium presentium, et futurorum, refectione damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse, suprascripta omnia, et predicta sic attendere, complere, et observare promiserunt, et non contrafacere, dicere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, fraude, vel causa sub pena tricentarum librarum denariorum monete Aquilegiensis hinc inde solemni stipulatione promissa, que pena totiens peti possit, et exigi cum effectu, quoties in eadem commissum, vel contrafactum fuerit per partem observantem contra partem non observantem, qua pena soluta

vel non, proinde intervenientium, et omnia in
eo contenta obtineant plenum robur. Actum
Villa Marzani in Curia domus, sive Camera d.
D. Bertholdi testis supradicti.

Et Ego Daniel q. Rigeti de Tarvisio qui Ibidem
iure habitibus Imperiali auctoritate, Notarius publicus predictis omnibus
predictis interfui, et rogatus scripsi.

Instrumentum hoc ex alio extemplato manu q.
Arualdi de Budrio Notarii in quodam eius prothocollo
in quarto penes se existente, reg. accurate alie-
na fida manu publicavit Julius Regius olim q. Bor
nab. Manphredini Civis, et Notarius Collegiatus Vicentinus,
et publicavit et apposuit signum nomenque suum
in testimonium.

Signum Notarii

Nos Marcus Leno pro Serenissimo Duce: Dominio: Venetiarum
Locumtenens ... fidem facimus, et attestamur
suprascriptum Ex. D. Julium Regium publicum et authen-
ticum esse Notarium Collegiatum Vicentinum, cuius scripturis publicis
hic plena fides adhibetur fides, et merito ubique
locorum adhibenda est, in quorum

Locus sigilli

Datum die 19 Januarii 1580.

Hieronymus Cyrl. Notarius Cancellarius
mandato

Meis
1048
20 Dom.

In Christi nomine Amen. Anno Domini
Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto
indictione duodecima, die 20 mensis de-
cembris. Presentibus discretis viris Domini
presbiteris Francisco Cum... ... ...,
et Francisco de Aragon capellano in Collo-
reto. Nob. viro Domino Iacobo plebano de
Bono habitans in Colloreto, Nobilibus viris
Dominis Federico, Guilielmo, et Sagaro
fratribus q. Domini Armini dicti ..., Leo-
nardo dicto Termi q. Nicolai, Iuvini de Meis
testibus habitis, specialiter ad hoc vocatis,
et rogatis. Nobilis vir Dominus Joannes
Petrus q. Domini Rainaldi dicti Nusi de
Meis per se, suosque heredes vendidit, et tradidit
... marcham denariorum Aquileiensis
monete, et unius marchae sitam in villa de Cu-
...onetio ... ...
... dicte ville ... ... Marcham

de reddien ad eius Curię secundum ius, et consuetudinem terrę Fori Iuly... Villa de Blessano, et Romano, et de Mels, uidelicet Rusticum, et per Ioannem, per Gabrielem, et Iacobum Beuat in Romano, in Blessano rectum per Tonium, et Leonardum, et Leonardum, uel Vlittum, in Mels per Nardinum, quod totum, et integrum confessus fuit, ac manifestus fuit se habuisse, ac integre recepisse a Nobili uiro Domino Bernardo q. Domini Carterii de Colloredo, renuntians exceptioni non dati, non facti, non recepti, non numerati, et bene assignati dictis uero, et redditus dictorum Mansorum tempore huius contractus, et omni alio, et iuris auxilio tam Canonici, quam Ciuili, omniq. suo iure et actioni deffensioni, et rei tiob contrariam, uel contrary, cum quibus, uel eorum aliquo posset se...., et infrascriptis

et infrascriptis omnibus aliqualiter se defendere, vel tueri, iure proprij dedit, vendidit, tradidit, cessit, contulit, et assignavit eidem Domino Bernardo ementi, et recipienti pro se, suisque heredibus, vel cui dare voluerit infrascripta bona, videlicet totam suam partem Castri de Thels, cum omnibus terris, et possessionibus suis sitis in curtis pertinentijs de Thels, ac totam suam partem, tam in mascolorum, quam in feminarum Martinata, quam habet, vel videtur habere in curtis dictis pertinentijs de Thels, cum omnibus eorum bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, cum Palatijs, Turribus, turris, domibus, sedimimibus, hortalibus, Curtis, Horreis, Bajarolijs, Braidis, Campis, Pratis, Silvis, pascuis, terris cultis, et incultis, gambis, avocatis, venationibus, piscationibus, aequis, fossatis, Aquis et aquae ductibus, atque cum omnibus, et singulis, quae dicta bona [illegible] [illegible] se, [illegible] intra se in integrum a celo, usque ad abissum, cum ingressibus, et egressibus suis usque ad vias, publicas, omnique

iure, et actione, usu, seu requisitione reali, et personali, utili, et directa, dominio, honore, et utilitate sibi ex dictis bonis, uel pro ipsis modo aliquo spectantibus, uel pertinentibus de iure, uel de facto; Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, uendendum, obligandum, permutandum, locandum, alienandum, pro anima, et corpore iudicandum, et quicquid dicto emptori, suisque heredibus, uel cui dederit perpetuò faciendum, sine contradictione, et impedimento dicti uenditoris, suorumque heredum uel alicuius alterius personę, etiam si dicta pars salsi, et bona predicta omnia nominata plus pretio, et redditu nominato ualerent, illud plus totum dictus uenditor per se, suosque heredes eidem emptori requirenti, et stipulanti, pro se, suisque heredibus, uel cui ius suum dederit nomine donationis irreuocabiliter, quę dicitur inter uiuos, et non causa mortis, penitus donauit, quę nulla ingratitudine

contrauenit

contrarieto vel causa ullo tempore posset revocare. de quibus quidem bonis supradictis dominus venditor pro emptore precario nomine possidere, constituit, donec ipsa ... corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi, et retinendi licentiam omnino dam... ei commisit atque dedit deinceps, his quidem pactis, et condictionibus stipulatis, et firmatis inter dictos dominos Joannem Petrum, et Bernardum, quod dictus dominus Joannes Petrus habere debet, et debeat possidere, tenere, gaudere dictam partem Caton de ...els, cum supradictis terminis, comessionibus, ac Marnaba, ac ... d. ... Marchal de reddita dummodo vixerit in hoc seculo, et marum supradictarum situm in villa ... possit, et debeat, vendere, et ...; atque pro anima, et corpore iudicare de vestro, et concessa, et licentia dicti domini Bernardi, et sine contradictione, eiusdem, ... heredum

et cuiuslibet persone, et post mortem dicti
domini Joannis Leoni supradicti, tantum
Leoni de Theis cum tenimentis predictis, possit
et tractata ipsi domino Bernardo, vel suis
heredibus, vel cuicumque eum dare, et ipsa
revertantur, et in eius tenutam, et posses=
sionem pervenire debeant sine ullo impedimento,
et contradictione cuiuslibet persone. Promit=
tentes quoque supradicti domini Joannes
Leonus, ac Bernardus, et etiam corporaliter
iurantes ad sacra Dei Evangelia. tactis
scripturis facere alter alteri sibi invi=
cem per se, suosque heredes cum obligatione
suorum bonorum omnium, seu omniumque, tam
mobilium, et immobilium presentium, et
futurorum, et refectione damnorum omnium,
et expensarum, ac interesse litis, et extra
credendo de damnis, et expensis largo modo
uniusque partis, eorumque heredum, sine sacra=
mento, vel alia probatione legitima dicentem
veritatem.

venditionem traditionem factam, et concordiam, ac omnia, et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata, atque grata habere, et tenere, et non contrad.re facere, vel venire aliqua ratione, dolo, fraude, ingenio, sive causa de iure, vel de facto sub pena dupli, de qua sive aliqua parcium contrafiens minus quinque soll. denl. parv. ... pingos. Capit. stipulata, et promissa, quae pena cum omni suo effectu totiens peti possit, et exigi cum effectu, quoties in eodem contra factum fuerit. Insuper dictus Dominus Joannes Petrus sollvit, et promisit per se, suosque heredes ipsi Domino Bernardo, et eius heredibus supradicta bona vendita in iure deffendere, manutenere, et in solidum disbrigare sub obligatione, et pena pred.a, eaque pena vel non soluta, presens instrumentum, factum, et concordium, et omnia, et singula contenta in nihilominus suum

perpetuum obtineant plenum robur, fuisq; actionabus per ipsos contrahentes partibus, et dantes, Dnus Jacl. predictus dedit, proquosti: bet isnomin contrahentium in tenutam, et possessionem intucere possessionem corpora= lem; secundum pacta inter eos habita. Actum Florentie in Palatio Domini Bernardi com: ptoni, et Ego Daniel q. Angeli de Termini, qui nunc habitat in Mel. auctoritate Imperiali Notarius publicus omnibus predictis inter= fui, et rogatus scripsi. E.

1345
13 Augusti
Meli

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadra= gesimo quinto indictione tertiadecima, die tertiodecimo Mensis Augusti. Presentibus discretis uiris dnis fratribus Dominico de Padua, Marquardo de Ascenea ordinis fratrum minorum, Magistro Joanne Rico de Regio Cive Melsi, Jacobo q. Francisci de Regio, Nicolao q. Guichen: de Prodo iono,

Paleono

Valeono de [illegible] q. Valeoni Valentino dicto [illegible] q. Federici [illegible] de Castloreto testibus, et aliis [illegible] ad hec uocatis, et rogatis. Cum Nob. uir dominus Joannes Petrus q. Raynaldi dicti [illegible] de Phels prefato conuento uenditionem fecisset, Nob. uiro dño Bernardo de Castloreto de tota sua parte Castri de Phels cum omnibus territorijs, et jurisditionibus ac [illegible] tam masculorum quam feminarum in cunctis partibus Castri de Phels, prout constare [illegible] publico instrumento manu mei Notarij infrascripti, [illegible] dictis millesimo tricentesimo quadragesimo quarto [illegible] indictione in die xo mensis decembris Nob. uir dominus Jacobus dictus [illegible] de [illegible] habitans in Castloreto coram testibus supradictis, et me Notario infrascripto, [illegible] uiros dominos Franciscum, et Henricum fratres filios predicti domini Bernardi recipientes uice, et nomine ipsius domini Bernardi eorum Patris . . . . . uolente, et consentiente

ipso domino Ioanne Petro cum clauibus, quas sua propria uoluntate ei dedit ipse Dnus Ioannes Petrus in tenutam, et possessionem corporalem posuit, et reduxit de parte Castri de Chelz, cum terminis, possessionibus, et statuta predicta, claudendo, et aperiendo etiam Palatij ipsius Castri, ut moris, et consuetudinis est terre Fori Iulij tanquam melius datum, et assignatum, prout continetur in predicto instrumento. Actum ... Chelz in domo ipsius Vend. in camera sua, et Ego Daniel q. Nigri de ... nunc habitans Chelz auctoritate Imperiali Not. publ. omnibus predictis interfui, et rogatus scripsi.

Iulius Regius ... et ... Vaneri q. ... Donati Manphredini, req. ... instrumentum publicauit sumptum ... ex alio exemplo registrato in protho= collo in quarto ... olim ... de ... apud se existente, et solitis signo, et nomine robt. mediante ... manu.

Nos Marcus

Nos Marcus Veno pro, serenissimo Duc: Dom: Venet. Locumtenens Patrie Foriiulii ... fidem facimus suprad. ... Iurium Regium ... et legalem esse, Nobis ... cuius scripturis ... plena fides adhibetur, ... merito ... adhibenda est ... in Quorum

Signum S. Marci

Vtini die 29 Januarij 1580

Hieronimus ... Vtin. ...

[illegible]

1369

Sto Januarij

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem, Millesimo tricentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die octava Januarij. Actum Vtini in domo habitationis in fratrum domum ... presentibus Nobilibus viris ... Nicolaussio q. Domini Federici de Castellerio ... habitatore, ... Joanne ... Francisci de Colloredo, et ... q. ... Nicolai olim Domini Federici de Savorgnano, et

Simonis q. Hermani de Ancona, et Constancio
q. Leonardi de Clloreto testibus, ad hec voca-
tis, et rogatis, et aliis pluribus. Nob: Dna
Simoneta uxor Nob: viri Dni Henrici mi-
litis de [illegible] habitans cum vo-
luntate, et consensu Domini Simonis eius
mariti, ibidem presentis, et consentientis ei-
dem, et omnibus, et singulis in hoc instrumento
contentis, pretio, et foro centum, et septua-
ginta Ravennatum denariorum Aquileiensis monete,
quod totum ipsa fuit contenta, et confessa
se ibidem habuisse, et integre recepisse a Nob:
viro Domino Paulo q. Nob: viri Domini
Ricardi de Clloreto dante, solvente, et
numerante pro se, ac vice, et nomine
Nobb: virorum Dominorum Simonis mi-
litis, et Jacobi eius fratris, et prolis, et
eorum heredibus. Renuncians exceptioni sibi non
dati, non habiti, non recepti, et non nume-
rati dicti pretii tempore huius contractus,
et omni legum, et iuris auxilio tam Canonico,
quam

quam Civili, nec non ipsa Domina Lynda expresse renuntiavit Velleiano Senatus Consulto, iuri hypothecarum, et omnibus, et singulis aliis iuribus tacitis, et expressis, quae, et quas ipsa habet, seu habere videretur, et posset in, et super bonis venditis infrascriptis quibuscunque rationibus, vel causis, certificataque per Notarium infrascriptum de dictis iuribus, quid sint, et quid dicantur, per se, et heredes eius dedit, vendidit, et tradidit dicto Claudio stipulanti, et ementi pro se, ac nomine, et vice dictorum suorum fratrum, et eorum heredibus, aut cui ius eorum dare voluerint, totam eius partem loci, sive Castri de Rebi confinantem ipsam dominam Lynda, et q. Nobilem virum Dominum Lazarinum de Rivis, cum parte burgi, nec non mansis, domibus

sedimentibus, campis, pratis, siluis, nemoribus, baijarijs, ortis, viridarijs, nemoribus, pascuis, viis, semitibus, fossatis, venationibus, piscationibus, aluvionibus, aquis, aquarumque decursibus, jurisdictione, dominio, et alijs quibuscunque honoribus, et iurisdictionibus, et tota Marzata spectantibus, et pertinentibus dicto iam loco, siue castro de Chels contingente infra dominam Agnotam, et dictum q. Cl Vargendum suis in Chels, et eius pertinentijs, exceptis tamen omnibus spectantibus, et pertinentibus ipsi casa ad presens possessis per Marcellum de Sentroyo, et exceptis proprietatibus eius olim foemina de Marzata, ac Blanco de Chels, et eius heredibus, hominibus de Marzata ipsius domine Agnote, qui, eo que tenuerant, et sint in proprietate, et possessione

comm

eorum, quorum ad presens sunt dicta uen-
ditione non obstante, omniq; alio iure, et
actione, usu, seu requisitione, seruitute,
dominio, honore, commodo, et utilitate dictae
dominae Venditricis; seu ad ipsam pro dictis
bonis uenditis modo aliquo spectantibus, et
pertinentibus, tam de iure, quam de facto. Et
hoc proprium iure proprij; et feudum iure
feudi, unde pertinuerit. Ad habendum, te-
nendum, possidendum, dandum, donandum,
alienandum, ac pro anima, et corpore
iudicandum, et quicquid dictis fratribus de
Colloreto emptoribus, suisq; heredibus, aut cui
ius eorum dare uoluerint de dictis bonis
uenditis, seu parte ipsorum, aut aliquo eor.
iure deinceps perpetuo placuerit faciendum,
sine contradictione dictae dominae Venditri-
cis, eiusq; heredum, seu alicuius alterius
personae. Constituens se nomine dictorum

fratrum consiliere dicta bona vendita do=
nec ipsi fratres emptores, vel alter eorum
pro se, et reliquis suis fratribus eorundem
tenutam intrauerit, et possessionem acce=
perint, vel acceperit corporalem, quam
accipiendi, et in se auctoritate propria
retinendi eidem emptori stipulanti pro se,
et nomine, quo supra licentiam omnimodam
contulit atque dedit, promittens quoque d.
domina Honoria venditrix per se, et eius
heredes, et cum obligatione omnium suorum
bonorum, presentium, et futurorum, ac
refectione damnorum omnium, et expen=
sarum, et litis, ac interesse, se obligando d.
Paulo stipulanti pro se, et nomine
quo supra, ac iurans ipsa domina Hono=
ria corporaliter ad sancta Dei Euangelia
tactis scripturis sibi à me Notario infra=
scripto prestito debito sacramento, dictam
venditionem

venditionem, traditionem, et omnia, et
singula in hoc instrumento contenta per=
petuo, firma, rata, et grata habere,
tenere, et plenius observare, et nihilomi=
nus eidem q. Paulo stipulanti, recte, et
dictis suis heredibus, eorumque heredibus, aut
cuiuis eorum dare voluerint in iure d.
bona vendita legitime defendere, disbri=
gare, warentare, auctorizare, et in so=
lidum manutenere ab omni homine,
Collegio, Universitate, Ecclesia, et perso=
na qualibet, et non contrafacere, dicere,
vel venire per se, vel alium, vel alios
aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de
facto sub pena dupli valoris dictorum
bonorum venditorum, ut pro tempore
plus valuerint, vel meliorata fuerint
minus quinque sold. Veronen., tamen in
singulis Capitulis huius contractus

stipulata; et promissa, quæ soluta, uel non præsens instrumentum, et omnia in eo contenta obtineant plenum robur, atq perpetuam firmitatem. Pro quibus omnibus attendendis, et firmiter obseruandis, præcibus, et instantia dicti D. Hominis
Stanolæ uenditoris, et pro ipso extitit manutentor, et legitimus deffensor in iure de dictis bonis uenditis dicto Paulo stipulanti pro se, et nomine, quo supra contra homines omnes, et personas, si d. bona uendita reperirentur per dictos iugales, uel alterum ipsorum, seu ipsorum, et alterius eorum occasione fore obligata, seu data, aut modo aliquo alienata alicui personæ Mundi; præterquam modo ipsis fratribus de Colloreto, et non alio, nec alio modo, Nobilis uir Hominus Simon de Spampergo suprascriptus per
se, et eius

it, et eius heredes, et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium, et futurorum. Insuper prefactus Dnus Simon precibus, et instantia dicti Dni Agnoli venditoris, et pro ea exactio manutendor in iure dicto q Paulo sti=pulanti pro se, et nomine, quo supra ad manutenendum in iure, relicqua alia omnia bona dicti Domini Agnoli, et superius, et eam generaliter obli=gata ad manutenendum dicta bona uen-dita dicto q Paulo pro se, et nomine, quo supra stipulanti ab homine omni; Collegio, Universitate, Ecclesia, et per-sona qualibet, et [illegible] omni legum, et iuris auxilio, tam Canonico, quam Civili, quo se a dicta manutentione posset modo aliquo deffendere, uel tueri; et in hunc modum dicta homina

Agnolà. Venditrix in nutritum tenutae
dictorum bonorum venditorum cedit,
et assignavit dicto q. Paulo, ivi etc. et
nomine, quo supra Marcellum supra=
=scriptum, qui dictos fratres de Floreco,
vel alterum ipsorum pro reliquis suis
partibus in tenutam, et corporalem
possessionem dictorum bonorum vendi=
torum poneret, et induceret. S.

Et Ego Seraphinus q. q. Leon. Vannini
Nots. de S. Aro pub.s impli auctoritate
Nots. predictis omnibus, interfui, ro=
gatusque scripsi. S.

Et Ego Leonardus Fullonius pub.s ex Coll.
Notarius Nots. premissam alienationem,
signum Nots. mediante aliena manu, extraxi ex
quodam protocollo processu penes me
existente (in 579, alias formato manu
q. Raphaelis de Torellis Nots. Notarii,
et capto

et certo 4 Martij 1431. inter Nobb.
q. Federicum, et q. Donicum, fratres q.
Nob: q. Iorhii de Castello ex una, et
Nobb: D.nas Ioeilam, et Antoniam
sorores filias, et heredes q. Nob: q. Ar=
bili de Castello ex alia, atque expeditos,
ut videtur in fine dicti processus per
transactionem secutam in Civitate
Padauij sub die 8 Aprilis 1432 allega=
tam in nota quadam, et subscriptione,
in fine dicti processus initiatam manu
q. Bartholomei Malain etiam Nobij
Venetus, et quia concordat cum registro,
de quo in dicto processu, ideo addito si=
gno tabellionatus consueto me sub.
in fidem, et testimonium premissorum
Vani Die 26 Januarij 1560
Nos Marcus Veno pro Ser.mo Duc: Dom:
Venet. Sabinq. Iori Salij Locunt.. Cuius
fidem indubiam facimus, et attestamur

infrascriptum D. Leonardum Gelloneum esse Notarium sub Legalem Coll. huius Civitatis, cuius subscriptionis plena fides fuit, et ubique locorum adhibenda est mentio &c.

Vatii die 19 Januarii 1560.

Locus sigilli

Nicol. Sarmo Canc. Not. Rto

Omnia antescripta contenta in his decem paginis fida manu educta ex aliis authenticis existentibus in Cancellaria Mag. Civitatis Vatii. Gaspar Albinus Canc. subs. et sig.

Signum Notarii

Nos Georgius Contarenus pro Serenissimo Duc. Dom. Ven. P. &c. Loci Gtor Universis attestamur infrascriptum D. Gasparem Albinum esse fide dignum Canc. huius Mag. Civitatis Vatii, cuius scripturis publicis, et subscriptionibus hic, et ubique in fuori

Vatii die 9 8bris 1635

Locus sigilli

Theod. Ceprorus Not. Canc. Pretorio Rto

Exem

1458 12 May

Vedi

Ad f. 137

In Christi nomine Amen. Ab eius nativitate anno Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo octavo indictione sexta die Veneris duodecimo mensis Maij. Actum Vani in Cortello sub lobia Tinelli Superioris Collegio Secretorum Doctore domino Antonio de Nordis de Civitate Austrie, domino Citadino q. s Marquardi della frattina Vani habitante, ac Nobilibus viris s Petro q. s Henrici de Madrisio, s Candido q. s Raynerii de Vano testibus ad infrascripta vocatis, et rogatis.

Cum sit, quod ijs diebus proxime elapsis Nobiles viri s Joannes, et s Nicolaus fratres q. s Danielis de Bradolino pro urgente necessitate et evidentissima eorum utilitate convenissent cum Nob. s Joanne filio s Matthiaij de Colloredo vendere certo bono, et magno pretio

non nulla ipsorum bona, et iurisdictiones, et quia ipsi fratres de Brodolono ha-
bent duos fratres minores non poterant
talem alienationem, et uenditionem sine
decreto Mag.ci Domini Locumtenentis fa-
cere, ideo pro ea instanter supplicauerunt
Mag.co Domino Paulo Bernardo Locum-
tenente Patriae, ut dignaretur comittere
duobus ex attinentibus ipsorum minorum,
ut diligenter deberent inuestigare, et
perquirere si dicta uenditio erat utilis,
et necessaria ipsis minoribus. Qui Mag.cus
Dominus Locumtenens annuit eorum hone-
stissimae instantiae, et secundum formam con-
stitutionis Patriae super his loquentis, com-
misit Nob. ser Joanni Bilacho de Tulmetio
Auunculo dictorum minorum, et ser Joanni
Candidi de Utino, qui deberent uidere, et
diligenter inuestigare si dicta uenditio
erat

erat utilis, et necessaria ipsis fabricis,
et deinde refferre sue Magnificentie, qui-
nam ç Joannes Candidi, et ç Joannes
Grisaeus dictam venditionem diligenter
investigarunt, et viderunt, et retule-
runt prefato Domino Locumtenente,
quod erat utilis, et necessaria rationibus,
et causis ibidem per eos allegatis, et hic
prelibatus Dominus Locumtenens decla-
ravit, quod predicta alienatio fieri pote-
rat, et deberet, et suam interpositio aucto-
ritatem pariter, et decretum secundum
formam Constitutionis Patrie, et prout
de predictis omnibus clarius constatat
manu mei Notarij infrascripti. Quapro-
pter prefati ç Joannes, et Nicolussius fra-
tres de Prodolono in presentia dictorum
testium, et mei Notarij infrascripti, pretio,
et foro quingentorum ducatorum boni auri,

et iusti, condenis, quod totum pretium
prefati ç Joannes, et ç Nicolaus, et qui=
libet eorum contenti, et confessi, et mani=
festi fuerunt habuisse, et integre recepisse,
ac eis, et cuilibet eorum datis, solutis, traditis,
et numeratis fore a ç Joanne filio ç Matth=
aeij de Colloredo, exceptioni dicti totius pre=
tij eis non dati, non soluti, non traditi, non
numerati, ac in se non habiti, et non re=
cepti dictarum confessionis, et contenta=
tionis, sic per ipsos, et quemlibet eorum
non factis tempore huius contractus, omnique
alij pro legum, et iuris auxilio tam Cano=
nico, quam Civili; Cum quo, vel quibus
se a contentis, vel aliquo contentorum
in presenti instrumento modo aliquo, siue
causa tueri, vel deffendere possent per se,
et eorum, ac cuiuslibet eorum heredes,
ac vice, et nomine dictorum eorum

fratrum

fratrum minorum, pro quibus promi=
serunt de rato, obligantes in solidum
omnia eorum, et cuiuslibet eorum bona
presentia, et futura ac se facturos,
et curaturos cum effectu, omni exceptio=
ni iuris, uel facti penitus remota, quod
domina Helisabeth mater, et tamquam
tutrix dictorum minorum presentem
alienationem laudabit, approbabit, et
ratificabit, et si proprium iure proprij,
et si feudum iure feudi dederunt, uendi=
derunt, et tradiderunt eidem q. Joanni
filio q. Chatthinutij de Gilloreto ibidem
presenti, ementi, et recipienti pro se,
suisq. heredibus, aut cui ius suum dare
uoluerit omnem, et singulam eius, et eorum
partem, et portionem, quam habent in
Castro de Melio, item eorum partem domi=
nij iurisdictionis, et omnia de, [illegible]

Item eorum, et cuiuslibet eorum partem
iurisdictionis Dominij, et gauria, quae,
et quod habent, seu quoquomodo habere
possent in sancto Saluatore, Meleta,
et Cruesaro, et eorum ac cuiuslibet
eorum pertinentes. Item unum hortum
cum uno campo contiguis mediante
certo fossato sito in pertinentijs Meli-
post Lestiam, iuxta pratum ç Simonis,
iuxta frattam iraius ç Ioannis emptoris,
et iuxta uiam publicam. Item unam
syluam duorum camporum, uel circa
sitam in pertinentijs de Meleto iuxta
uiam pratum ipsorum fratrum de Pro-
dolono iuxta syluam eorum ç de Meleto,
et iuxta syluam ç Gallassij de Prodolono
habitantis ibidem. Item unam aliam
syluam quatuor camporum, uel circa
sitam in pertinentijs de Meleto, iuxta syluam
heredum

heredum q. q. Fabritii de Fricano, iuxta unum pratum ipsorum fratrum de Prodolono, et iuxta unum pratum q. Simonis de Colloreto &

Ex notis q. q. Dodonis Medici Notarij Utinensis, relictis manu propria, Ego Antonius Belionus q. q. Lucae Bradiepertis Notarius publicus Apostolica, et imperiali auctoritatibus uigore commissionis de eis Mihi factae per Mag.cum D. Locumten. Patriae &

Ex notis, et productis penes me Ego Ludouicus Lauorynarus Ciuis Utinensis, et Nott.

Signum Nott. Coll., infirmus per alium in fidem extraxi, et feci et facta collatione, quia cum originali suo concordare inueni, ideo me cum solito signo subs. In fidem &

Nos Locumtenens pro Illmo Ducali Dom. Patriae Fori Julij Locumtenens fidem facimus

supradictum dominum Ludovicum Jaaor-
gnarum esse notarium auctenticum de
collegio suius Civitatis cuius scripturis
auctenis fie, et ubiq fidem adhiberda est.
cum sigilli Vari die iii July 1560.

Vall. de Valle not.
Canc.

Item

1446

3 Junij

Strojanaca

Ad 140.

Reperitur in libro extraordinariorum Mag.ci Domini Andreae Bernardo olim dignissimi Locumtenentis Patriae Fori Julij infrascripta tenoris huiusmodi &

Nos Andreas Bernardo pro Ser.mo Ducali Dominio Venetiarum, in Patria Fori Julij Locumtenens. Cum coram nobis nob. [illegible] Zanon Vari compagnio [illegible] Nobilis Hermacoras de Strogenacca q. ser Aquini feudarius Aquilegiensis Ecclesiae nostrae Ser.mae Duc: Dom: Venet. narrans, et exponens, qualiter progenitores, et predecessores sui ab antiquis tenuerunt, et possiderunt, ipseque de presenti cum Angelo q. ser Jacomuti, et Nicolao eius [illegible] Consortibus suis tenent, et possident bona infrascripta in feudum rectum, et legale de bonis feudalibus dictae Ecclesiae Aquil. predictae nostrae Ser.mae Duc: Dom: Venetiarum, producitque bona infrascripta in [illegible] annotata.

Casonum Sbojacce, cum molendinarecia, ampis, terris et nemoribus infra suos veros confines VII apud Abbatiam Ilka et apud Gastaldiam Sti. ... et apud suos veros confines, cum omnibus iuribus, et pertinentijs suis. Item mansos octo in Viscona. Item mansos duos in Blessaia. Item mansos duos in Faiedo. Item mansos de villa franca. Item duos mansos in sancto Laurentio de Casarsa. Item unum mansum in sancto Vito. Item dimidium mansum in sancto Floriano. Item unum mansum in Bagnarola. Item quattuor mansos in Sacudello, Item quatuor mansos in Sesto... Item unum mansum in Blan... Item omnes mansos in Bibano, et Vrsa, prout patet per eorum antiqua instrumenta infra suos confines; humiliter supplicando Nobis de ijsdem Castro, Mansis, et alijs bonis feudalibus ipse q. Hermacoras nomine suo, et predictor Consortum

Consortum Angeli, et Nicolai inuicem
debere nomine predicte Ser.me Ducalis
Dominationis nostre [illegible]. Nos
itaq. audita, et intellecta ipsius Hermacore humili, et deuota supplicatione
benigne id offerentis iure dicti feudi
recti, et legalis in futurum debitum
seruitium se prestaturum, [illegible]
de predictis omnibus plenissima fide,
prius tamen certiorati de ipsius Hermacore, et dictorum Consortum suorum fide, sinceritate, deuotione, fidelitate, et
legalitate, quam gerunt stabili, et augmento predicti Nostri Ser.mi Duc: Do:
Dardum Hermacoram coram nobis flexis
genibus existentem pro se, ac nomine
Consortum suorum, ac pro heredibus, et descendentibus ipsius Hermacore, uel dictorum
suorum Consortum, de predictis omnibus
Castro, mansis, et alijs quibuscunq. bonis

È falso com'è si vede dal originale.

feudalibus in feudum, et iure feudi habitantię, et uice, et nomine antedictę Eccl: Rom: nostrę, cum omnibus, et singulis iuribus, habitationibus, et pertinentijs, et iurisdictionibus, ac actibus, et egressibus suis usq uias publicas omni iure, et actione, usu, seu requisitione, quę, et quas dictę res, et quelibet earum habent supra se, infra se, seu intra se in integrum infra predictos suos confines, uel alios, si qui essent ueriores, per annulum nostrum aureum tibi digito tradentum per nos, et successores nostros inuestimus, et inuestitos esse uolumus, saluo tamen semper iure debendi seruitijs, et omnimodo iure prefacti Nostri Sex.mi Eccl: Rom: pro dicta Ecclesia Aquilę, et alterius cuiuscunq personę, quę quocunq modo, et qualitercunq ius aliquod in predictis bonis, et rebus feudalibus habere pretenderet.

post

Post predicta verò item q. Vermacoras ibidem, et eodem instanti pro se, et dictis coram Consortibus in manibus Ill.ris Ioannis Iac.i Cancellarij nostri de nostro mandato vice, et nomine predicti Ill.mi ... Dom.: Venetiarum recipientis, prorediendo debitum seruitium iure feudi habitantes corporaliter manu tactis scripturis fidelitatis, et homagij debitum prestiterunt iuramentum, quòd perpetuò ipse, et successores sui erunt boni, fideles, et legales seruitores predictorum Ser.me Ducis Dom.

Falso?

nostrorum Venetiarum feudatario nomine antedicto, nostrique ac successorum nostrorum Ducum, qui pro tempore erunt notificando, sine vero, atque celeriter, pro ratiando nociua, et aduersa quecunque, que tenerint tractari contra statum, et augumentum ipsius nostri Dominij, eique omnique pro ... obstando; Et quod predicta

omnia, et singula facies, et bona fide observabis, et alia, ad quae teneris, et obligatus est quilibet fidelis feudatarius, et Vassallus Domino suo; In quorum omnium premissorum fidem, robur, et maius testimonium presentes fieri fecimus, nostrique maioris sigilli sacrae maiestatis appensione Cordule muniri iussimus.

In Christi nomine amen, hoc est exemplum sumptum à uero, et ab autentico originali cuiusdam publici, et autentici instrumenti in Carta Bergamena scripti non uiciati, non cancellati, non abrasi, nec in aliqua sui parte suspecti, sed omni prorsus vitio, et suspitione carentis, cum signo, et nomine notarij infrascripti; Cuius quidem instrumenti de uerbo ad uerbum tenor sequitur, et est talis, —

1220: p.ma Feb.rij Anno Domini Millesimo ccxx, indictione octaua, die sabbathi primo intrante mense Februarij in presentia Gebardi de Senonberg, Voluleij de Castronouo, Hennici de Zodelano, Conradi plebani de sancto Joanne, Hermani de Flagonia, Vrsetti de pulmé, Vgerij de Fanna, Henrici Massolti Conradi de Meo.., Gualterij de Coppo, Jacobi Peregrini Bugij Agariti, Zenonis, Galberti, et aliorum plurium; Pandolphus

Topp0 Clandolphus, et Albertus, fratres, filij quon. Iovini de Toppo precio, et foro mille cc.^{ars} xl. librarum Ven. Venetorum, uendiderunt, et tradiderunt Lengelpretto, Brito, et Varnerio fratribus, et filijs quondam Sigifridi de Ragunia, ipsis ementibus, et recipientibus, et heredibus suis infrascriptas dominationes, Actiones, et Iura, quas hucusque possiderunt, et ad presens possident in pheudum ab Ecclesia Aquilegensi tam in realis uiri supranominatis uenditoribus, uendiderunt, et tradiderunt supradictis emptoribus, tanquam consortes, et coniuncti infranominatas possessiones, et Iura. Primum Montaneam de Toppo super qua Montanea est Castrum, et domus de Lauretino, et Antino de ... in parte, et parti Montis dicti Iuss ... Ville Trauers, insuper taxeltum Cramarie, predictum Canorletum, Cedis Iuss de supradi. Medunum Plumaria

et Mullon, et aliis montibus, infra confines prenominatis, A mane flumen Aqua Cosa, a meridie partim flumen Cosa, et partim Villa Traversi; et partim Planicia Toppi, a sero aqua, flumen Medunae, et a monte aequa di Gardo, et partim di Monti Lanez, supranominati venditores, vendiderunt, et tradiderunt supradictis emptoribus dominium, et iura, et Garritu Toppi, et Pertinentiis praedicti Toppi, quae pertinentia sunt infra hos confines A mane, ... Cosae, A meridie Col ... Varda, et Col de mez, et paneis, et Geresti, et ... Bedusti, et partim via sancte ...; quae montes una cum Nemore prenominato pertinet ad dominium Toppi a summo, usque ad abissum, A sero Aqua Medunae, A monte aqua Gardi, ut supra dominando, condemnando, absolvendi affictando, venando, piscando prenominata Meduna, et Cosa, et Edificia construenda

construenda; Aquas predictas conducere, fossatos faciendos, domos, Murus, Fortilitia faciendo, et quecumque alia edificia, tam in montibus, quam in planicijs, iuxta in aquis predictis, à Celo, usque ad Abissum infra prenominatos confines; Sciendum est, quod supradicti Venditores possunt pasc[ere] et cum hominibus de Toppo, et Pino Pascula[re] facere signum, et [illegible] pro Usu suo, per totum [illegible] aequalis; districtus de Spilimbergo, usque ad pertinentias Villæ sancti Georgij absque ulla contradictione alicuius dominij: Sciendum est, quod Comunitas Toppi, et Pini omni anno tenentur soluere pro pastu mensuras sex lactis, et semel in mense facere unum servitium pro construendo Castrum, et domum de Laurentino, et etiam tenentur metere foenum, colligere, et conducere usque ad Castrum prenominatum: Insuper prenominati venditores, scilicet Pandolphus, et Albertus Vens

diderunt, et tradiderunt suprascriptis emptori[illegible]
mansos octo in Toppo, et Pino, Primo, positum
in Pino apud Beuorc[illegible], et uiam eundi ad Castrum sub
Roboredus cum Baijartio apud pla[illegible] et uiam [illegible]
[illegible] cum terra ibi spectante, laboratum per Zam=
panum de Pino; Secundum mansum positum in Plaza intra
uias publicas cum Baijartio à parte superiori Vie de
Armentarela, sub Zacheuli, cum [illegible] ad ipsum perti=
nente, rectum per [illegible]; Tertium, et quartum mansum
positum in Toppo in loco, quo dicitur Glevs, apud
Solanum per Redum, et fratribus; quintum Mansum
positum sub uiam in Beuorc[illegible] de Cuccis [illegible]
apud Viam publicam rectum per Ad[illegible]; Sextus
mansus laboratur in [illegible] positum in pedemont
de m[illegible] quarter, in estimatione xii iugera terre
Arratorie; que Braijda habet prata à tribus late=
ribus, scilicet pratum usque ad Agral circumdando
predictos

predictos Braijdas, à meridie, sero, et monte; qui
paratus est in estimatione sexdecim veteq: Septimus
Mansum positu apud ecclesiam sancti Laurentij, et Viam
publicam, rectum per Stephanum de Toppo; octauum
Mansum positum in Pino super Rheuorcha de Pino
rectu per Adalpretum de Pino, vendiderunt, et tradi:
derunt supradi: venditores predictis emptoribus Man:
sos septem, Primus mansus positu in Musigna rectum
per Paulu de Trauerso, duo vero mansi sunt in Villa
de Caij: districtus Spumemberg, duo vero alij man:
sunt in pertinentijs Carupe, Vnus Mansus nuncupatur
Mansus de costa longa: Alius Mansus est supra
Valiget apud Colbanzol: prenominati venditores ven:
diderunt, et tradiderunt supradictis emptoribus
Molendinos quatuor positos super Aquam Cosij in
Villa Trauersij, qui molendini sunt absq; alio onere.
Insuper possunt apud predictos Molendinos tam ab

una parte, quam ab alia super predicta aquam Cotę edificare, et construere quęcumque alia ędificia; Primum molendinum est positum in Cortina Travers. juxta Ecclesiam sancti Petri cum territorio ad ipsum molendinum pertinente, cuius hij sunt confines: À mane Cota, à meridie fossa de pont de Cortina, à sero Viam mauram, et partem Cortinę, et ecclesiam sancti Petri de Traversio, à monte quidam gorgo sancti Martini cum Prato, ultra ripam Cotę in extimatione duo Iugera terrę ad ipsum molendinum pertinentia; Secundum Molendinum positum à parte superiori Cortinę in loco qui dicitur alt crete, apud Rivum de Curchis, et Viam Mauram, Tertium molendinum positum in Baiarzijs; qui Molendini positi, seu edificati super cotam absque onere ullo possunt construere, seu edificare alia edificia, Immissa Aquam Cotę conducere ad ipsum molendinum, et fortificare iure realis pheudi, Ecclesię Aquileien.

Aquileien., etiam vendiderunt, et tradiderunt pred.
Venditores supranominatis emptoribus medietatem
Budalbi cum toto agro de Beilis, versus col megnan,
quam hi sunt confines, à mane medietate Buo.. ;
à meridie prata de Budalbi, à sero col megnan,
à monte ploui ; Vendiderunt, et tradiderunt supra
dicti Venditores prefatis emptoribus Pratum, quod
Vocatur Agozat, supra quo prato ipsum venditores
faciebant fenum pro usu suo; qui pratus est in
planicie, et iurisdne domini Toppe; qui pratus
dictus Agozat incipit à Via Vineuli, usque adviam
de Caranda longa de una Ripa ad aliam; Item vendi-
derunt, et tradiderunt prenominati venditores pre-
factis emptoribus Montaneam unam in Carnia à
parte superiori Ville empetii, quae mons vocatur
Coquia, et canal, pro qua montanea homines, et
Comune Ville empetij de Carnia solvent annuatim
de ficto libras centum, et viginti quinque

boni Casei, et unum par caponum, et unum Accipitrem; quas Montanas habent confinia sua cum morme, et Tornio, et Aurorie, et flumine Lente; sciendum quoque est, quod dicti fratres Pandolphus, et Albertus filii quondam Vroni de Toppo de suo dominio tenebant, et possidebant iure pheudi ecclesie Aquilegien. vendiderunt, et tradiderunt omnes supranominatas possessiones cum dominio, rationes, et garrita, intrandi exeundi, fortificandi, edificandi, piscandi, venandi, Aquas excludendi, et conducendi, Pasculandi, Buscandi, Arandi plantandi, fossatos, foveas faciendi, condemnandi, et absolvendi, et reddendi ius cuilibet prenominatis engelpreto, Bruno, et Variento fratribus filiis quondam ngissfridi de Ragonia supranominatas possessiones, et bona, aut supradictas rationes iure rectalis pheudi ecclesie Aquilegiensis, et ita et taliter, quod dicti emptores tenentur servicio pro

nef.

supradictis pheudis Caualariæ cum ven. Clmo Ecclesiæ
Acquileiæ, Iurantes dicti emptores ad sacra Dei
euangelia tactis scripturis, et presente me Notario,
et presentibus supranominatis testibus servire cum
dicta Ecclesia, et directe dictæ ecclesiæ Aquileiensi
tanquam fidelis pheodalis emente, et ad se recipientes
omnes supranominatas possessiones, et iura a predictis
Landulpho, et Alberto fratribus filiis quondam Ioannis
de Toppo pretio, et finito mercato librarum mille
ducentarum, et quadraginta denariorum Venetorum.
Quod pretium ipsi venditores clamauerunt se recepisse,
et [illegible] se [illegible], et se incontinenti numerum
plenarium; Item dantes, et concedentes suprascripti
venditores supradictis emptoribus per se suisque
heredibus supranominata bona, dicta [illegible], et iura
tanquam consortes, et coniuncti; Promittentes unapars
alteri, et altera e converso alteri omnia supradicta

attende, observare sub pena centum octo libra=
rum octo minus centum libri. denariorum ...
qua pena soluta, vel no nihilominus omnia supra=
scripta ten... et firmitate; Promittentes prenominati
venditores pro se suisque heredibus per stipulatione, et
sub dupli supradicti pretii, et sub pena dupli
rei valentis pro tempore supradictas venditiones,
et datas, atque investitura ab omni homine rationa=
biliter omni tempore varentare, et deffendere,
et auctorizare, atque semper ratas, et firmas, integras
et irrevocabiles habere, et hoc suis iuramentis
ad sancta Dei evangelia, iuraverunt attendere sine
fraude, bona fide, et insuper hec omnia supradicti
fratres Pandolphus, et Albertus se obligaverunt
sub pena quinque centum librarum denariorum, quod
ab hinc ad unum annum, et diem varentabunt eis
rationabiliter, damni, et ..., et terminis,
omnia

omnia quę superius scripta sunt ab omni homine, et ab omni parte, cuius pena d[omi]nus Gebaldus de Sonemberg, et d[omi]nus Laurens de Castro novo extiterunt fideiussores quilibet in solidum ad hoc in supranominatis emptoribus tanquam contones, et conjuncti. Actum in Platea alias Armentarie Toppi et Pini pręnominati Pandolphus, et Albertus pro supradicto pretio mille ducentarum librarum, et quadraginta renuntiaverunt pro exceptione non numeratę pecunię clamatos et convocatos. Vitus sanij Palatij Notarius rogatus interfui, et scripsi;

1451: penult[im]o Januarij

Toppi

In Christi Nomine Amen anno à Nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo indictione nona, die Martis penultimo mensis Januarij in domibus solitę residentię Mag[nifi]ci, et Generosi Viri domini Joannis Contareno pro Serenissimo, et excelso, Ducali dominio Venetiarum eiusque Patrię Foriiulij Locumtenentis, gratiosis

Vill. in parte inferiori, et sub podiolo à man: ē
sinistra introitus dictarum domorum, Roberti
nobile, et prudente ac honorabili, et discreto
Viris domino Joanne quondam domini [illegible] rici
de [illegible] de Utino, et ser Francisco notario quondam
ser Mathei de Valvasono, nec non Aloisio filio
Cisotti de Utino, et [illegible] filio Nicolai Lucchini
de sancto Daniele his duobus Cabbeariis, et officia-
libus dicti domini Locumtenentis omnibus Utini habi-
tantibus testibus adhibitis ad hoc vocatis spe-
cialiter, et rogatis, et aliis pluribus; Ibique ad
requisitionem nobilium, et prudentum Virorum
ser Bartholomei, et ser Joannis fratrum quondam nob:
ser Federici de Toppo, ac ser Danielis quondam ser
Leonardi de Toppo Utini habitantium, me-
cantium, et postulantium pro se ipsis, ac Vice,
et nomine nobilis ser Antonij fratris dicti
ser Barth.i

S. Bartholomei et S. Joannis, ac omnium ipsorum
successorum, et haeredum pariter et consortium
presentium, et futurorum de Toppo, Insinuatio
infrascripta dicti suprascripti instrumento, cum
solemnitatibus consuetis debitis, et opportunis
fieri, et celebrari de suprascriptum exemplum
sumptum per me Franciscum Notarium infrascriptum
ex suprascripto publico, et autentico originali
instrumento non viciato, non cancellato, non
abraso, nec in aliqua sui parte suspecto scilicet
omni prorsus vitio, et suspitione carente,
cuius tenor de verbo ad verbum superius est
descriptum cum signo, et nomine
qui ipsum instrumentum scripsit et publicavit
Insinuatio fuit coram egregio famosoque
legum doctore domino Guielmo de Collalto
prefacti domini Locumtenentis Vicario

et in hac parte comissario per prælibatum dominum ~~comissarium~~ Locumtenentem spetialiter deputato pro Tribunali sedente, et per eundem dominum comissarium infrascriptos notarios, videlicet Jacobum quondam magistri Leonardi, Antonium quondam nobilis Philippi, Franciscum quondam magistri Marchionis, et Joannem filium Nicolai de Montignaco notarios publicos, et Curiæ prefacti domini Locumtenentis, scribas, ac per me ipsum Franciscum subscriptum, diligenter lectum, et cum supradicto publico autentico, et originali instrumento per totum, et in omnibus concordatum, et nihil ei fore additum, uel diminutum, quod sensum, uel sententiam mutet, eidem exemplo, ut ipsi tanquam autentico, et originali instrumento prædicto adhibeatur de cetero plena fides memorati domini Locumtenentis, et suam, qua fungitur auctoritatem interposuit

interponit pariter, et decretum, mandans
dictis Notariis suprascriptis, et mihi Notario
infrascripto, quatenus hoc exemplum in testimonium
robur perpetuum, et fidem plenariam permit=
tamus. Item nominibus, et signis nostris
consuetis appositis nos roborare debemus;
Et ego Jacobus quondam magistri Leonardi pictoris
de Utino Aquilegensis diocesis publicus imperiali
auctoritate notarius supradicti domini Locumtenentis
ad beneplacitum scriba suprascriptum exemplum
predicti instrumenti in presenti Carta berga=
mena ex infrascriptum Francium
Notarium magistri [illegible], a suo vero instro
originali, et autentico non viciato, non
cancellato, corrupto, nec in aliqua sui
parte suspecto, sed omni prorsus vitio
et suspitione carente, sumpsi, transcriptum

et exemplatum coram suprascripto domino Excell.mo de Collalto Vicario, et in hac parte comissario prefati domine Locumtenentis una cum ipso Francisco, et infrascriptis Antonio Philippi, Francisco m. Marchoris, et Joanne Nicolai de Montegnacco notariis publicis diligenter, et fideliter auscultavi, et quia dictum exemplum cum dicto suo originali instrumento de verbo ad verbum per omnia concordare inveni, et eidem exemplo tanquam suo originali autentico de dicto de cetero plena fides adhibeatur, de mandato prefati domini Vicarii comissarii rogatu vero, ac requisitione prox: suprascriptorum Bartholomei et Joannis fratrum quondam Federici de Toppo nominibus, quibus supra hic me propria manu subscripsi, signo, et nomine meo apposito consuetis in fidem, et testimonium premissorum omnium, et singulorum:

Et ego

Et ego Antonius quondam Philippi de Utino pub=
licus imperiali auctoritate notarius, et supra=
dicti magnifici domini Locumtenentis ad bancum
Cancellarius infrascriptum exemplum praedicti
instrumenti in publica Carta bergamena per
suprascriptum, et infrascriptum Franciscum notarium
illum mag.ci Petri Scarpary de Utino, et authentico
instrumento originali scripto, et publicato manu
olim praedicti Viti, non viciato, cancellato,
corrupto, nec in aliqua sui parte suspecto, sed
omni prorsus vitio, et suspitione carente
sumptum, transumptum, et exemplatum coram
supra.to domino Guielmo de colletto Vicario, et in
hac parte comissario praedicti mag.ci domini Locum=
tenentis una cum supra proximo scripto Jacobo
Notario quondam m.i Leonardi pictoris, ac infras=
criptis Francisco magistri Mathei, et Joanne

filio q. Nicolai de Montagnana; et dicto q. Francisco magistri Petri Notarijs publicis fideliter, diligenter auscultando, et pro dictum transcriptum, seu exemplum cum dicto priori vero, et originali instrumento de verbo ad verbum per omnia concordari invenimus, et de cetero eidem exemplo tamquam vero, et autentico instrumento dicto plena fides adhibeatur, de mandato prædicti domini Vicarij et comissarij rogatu vero, et requisitione infrascriptorum nobilium virorum q. Bartholomei, et Ioannis fratrum quondam q. Federici de Toppo nominibus prædictis, hic manu propria subscripsi, signo, nomineque meis appositis, consuetis, in fidem, et testimonium singulorum omnium præmissorum.

Et ego Franciscus quondam m. Melchioris Vantarij de Utino publicus imperiali auctoritate Notarius suprascriptique mag.ci domini Locumtenentis ad bancum scriba, et Cancellarius, suprascriptum exemplum

exemplum predicti instrumenti in presenti
carta pergamena per suprascriptum et infrascriptum
Franciscum notarium quondam Mag.ci Petri Gar=
parij a proprio et autentico instrumento ori=
ginali scripto, et publicato manu olim pro=
vidi [illegible] notarij non viciato, abraso,
corrupto cancellato, nec in aliqua sui parte
suspecto, sed omni prorsus vicio, et suspitio=
ne carente sumptum, transumptum, et exem=
plificatum coram memorato domino Guielmo de
Collalto prelibati domini Locumtenentis Vica=
rio, et in hac parte ipsius comissario una
cum suprascriptis Jacobo, et Antonio Nota=
rijs, ac infrascriptis Joanne de Montignaco
ac Francisco magistri Petri notarijs publicis
et auscultationes [illegible] convocatis
diligenter audivi, et ... quia suprascr=

scriptum, transumptum, seu exemplatum cum dicto proprio et autentico, et originali primo instru= mento concordantes ascultando in omnibus concor= dare inveni, ut de cetero eidem exemplo tanquam vero, et autentico instro. primo antedicto fides indubia perhibeatur de mandato prefati domini Vicarij, et comissarij, et prefertur, instantia vero, et requisitione supra, et infras= criptorum nobilium Virorum D. Bartholomei, D. Joannis fratrum quondam D. Federici de Topp, ac D. Daniel= lis quond. D. Leonardi de Toppo predictis nomi= nibus hic me manu propria subscripsi, signum nomenque meum in testimonium premissorum apponi consuetum;

Et ego Joannes Notarius honorabilis Civis Ve= netus D. Nicolai de Montagnano publicus imperiali auctoritate Notarius supradicti Magce. Comunitatis de Venzone scriba,

et Cancel.

et Cancellarius supra scriptum exemplum quod
praedicti instrumenti in praesenti Carta ber=
gamena per supra, et infrascriptos Franciscum
Notarium quondam Magistri Petri Scarpary a suo
vero, proprio, et autentico instrumento ori=
ginali scripto, et publicato manu olim pro=
vidi Viri Viti Notarij non viciato, cancellato,
corrupto, nec in aliqua sui parte suspecto,
sed omni prorsus vitio, et suspitione carente,
sumptum, transcriptum, et exemplatum coram
praememorato domino Guilelmo de Collalto Vicario,
et in hac parte eius commissario una cum prae=
infrascriptis Bartholomeo Notario quondam Magistri
Leonardi pictoris, Antonio Notario, Philippi
ac Francisco notario quondam Magistri Mac=
honis Mantany, et infrascripto Francisco notario
quondam magistri Petri Scarpary Notarijs
publicis fideliter, et diligenter audivi,

et autenticam, et quia supradicto, transump=
to, seu exemplatum cum dicto propriocen,
et autentico instrumento primo de uerbo ad
uerbu per omnia concordare inueni, ut eidem
exemplo tanquam suo proprio ueru, et originali
autentico instro. de cetero plena fides adhibeatur
de mandato predicti domini Vicarij, et comissarij
rogatu ueno, et requisitione prior supradictorum
Bartholomei, et Joannis fratrum quondam S. Federici
de Toppo, ac S. Daniellis quondam S. Leonardi de
Toppo nominibus quibus supra, hic me manu
propria subscripsi, signo, et nomine meis appositis
solitis, et consuetis in fidem robur, et testimo=
nium premissorum, omnium et singulorum;

Et ego Franciscus quondam Magistri Petri Scar=
pacij de Utino Aquilegiensis dioc. publicus impe=
riali auctoritate notarius, hoc exemplum
sumptum per me ipsum Franciscum Notarium
antedictum

ante dicto et supradicto autentico publico, et originali instrumento scripto manu olim quondam ... Notarij non cancellato non abraso, non viciato, nec in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio, et suspitione carente, ut superius declaratur sumpto, et fideli exemplato sub suprascriptis millesimo, inditione, die, loco et testibus coram prefacto domino Guielmo de Collalto Vicario, et in hac parte commissario, ut superius tactum est una cum prox: sup: quondam Jacobo Notario, et Magistri Leonardi pictoris, quondam Antonio Notario quondam Philippi, quondam Franceschino notario q. Magistri Melchioris, et quondam Joanne notario quondam Nicolai de Montignano Notarijs publicis fideliter, et diligenter cum dicto originali et autentico instromento ascultavi, et quia supradictum exemplum cum dicto originali de verbo ad verbum

concordare per omnia inveni, ut eidem exemplo tanquam suo proprio, vero, et originali, ac autentico instrumento adhibeatur de cetero plena fides, de mandato prefati Domini Vicarij, et comissarij. Rogatu vero, ac requisitione prox suprascriptorum Joannis, et Bartholomei fratrum quondam Federici de Toppo nominibus quibus supra, hic me manu propria subscripsi signo, et nomine meis appositis consuetis in fidem, robur, et testimonium omnium premissorum, et quia pergamenum videlicet illud in quo scriptum, et exemplatum est supradictum exemplum non erat per se ipsum sufficiens, neque capax ad subscriptionem suprascriptorum Francisci Notario quondam Magistri Melchioris et Joannis quondam Nicolai de Montegnacco parium, et mei ipsius Francisci Notarij quondam

quondam Magistri Petri, ideo illud vid[elicet] sive bergamenum addidi, et ambo simul contexi, nec in capite, et fine talis consuevi simili hinc poni signum tabellionis ad cautelam similiter premissorum omnium;

signum Notarij Premissum instrumentum aliena mihi fida manu eductum ex alio producto in actis premissis manu quondam domini Antonij Barbati Notarij Utinensis rogatus pub: ego Valentinus orcianus Nota-rius Utinensis matriculatus cum signo meo in fide die 21 Januarij 1560

signum Nos Marcus Zeno pro Ser[enissi]mo duci: dominio Venetiarum Locumt[enen]s generalis Patriae Fori Iulij fidem faci=mus, et attestamur suprad[ictu]m q[uondam] dominum Valenti=num orcianum publicum, et legalem esse notarium Civ[ita]t[is]: Utini, cuius scriptis publicis hic plena adhi=betur fides prout ubique locorum adhibenda est in=

Utini die 29 Januarij 1560 — Petronius Eul[?] Not[ari]us canc[ellari]e

2523 7-29

Cx 13

Varmo di sopra.

1356

3 Giugno

Oddits

In Christi Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, indictione nona die 3 mis Junij. Presentibus Ven. viro Domino Vernicao de Praga Canonico Civitatensi, et presbitero Domino Nardo de Veretijs mansionario Aquilejensis [illegible] infrascripti Domini Patriarche, Culeo q. Jilli [illegible], et discretis viris Leonardo q. Vani de S. Geminiano, Ardolo q. Bareli Juseri de Civitate Austrie, et Billitho q. [illegible] de Terra [illegible], et alijs ad hec specialiter vocatis, et rogatis. Cum partes illas castri de Varmo, quas Nobiles viri Aquinus q. Domini Arrichi de Varmo, ac Tristanus eius filius, et q. Ricardus frater dicti Aquini, nec non Sedimen Castri, et loci de Guadavoiazo nunc dirupti, quod fuit dicti Aquini, ceteraque bona immobilia, que habebant, et tenebant ab Ecclesia Aquilejensi in feudum rectum, et legale, seu quocumque modo,

propter proditionem per dictos Aquirum, et Tristanum attemptatam, et factam contra R.mum in Christo Patrem, et D.no: Dominum Nicolaum dei gratia, Sanctae Sedis Aquilegiensis Patriarcham, ac eius Aquileiensis Ecclesiam sint ad ipsum Dominum Patriarcham, et dictam Aquileiensem Ecclesiam per sententiam legitime devoluta: idem Dominus Patriarcha volens ex bonis ipsius fideles sibi, et dictae Ecclesiae Vassallos acquirere, ac nobilibus viris Domino, Bradelle q. Domini Thome, et Janucco, Matthiatio, Thomasuto, Nicolao, Francisco, et Fricio fratribus filiis q. D. Bartholomei Militis de Sancto Daniele intuitu fidelium obsequiorum, quae sibi Aquileiensi Ecclesiae hactenus impenderunt, et poterunt in posterum dante Domino exhibere, gratiam facere specialem, ut ad ipsos Domini Patriarchae, et Aquileiensis Ecclesiae servitio eo ferventius animentur, quo se

ab eisdem

ab eisdem Domino Patriarcha, et Aquilegiens. Ecclesia, honoratos, et aliter vidennes, et promotos supra dictos iuvres Castri de Varmo, et sedimen dicti Castri, et loci de Varda Corona et bona omnia supradescripta tuo, et successorum nomine, et Aquileg. Ecclesia nomine d. Varuto prasente, ac predictis eius fratribus, ac d. Gradella, eorumque heredibus recipienti ad feudum rectum in legale eo iure, quo prenominati Aquirus, et Gnissarus, et Ricardus pilas, et illa habebant, et tenebant ab Ecclesia supradicta, omni modo, iure, et forma, quibus melius potuit, tradidit, et concessit, ipsum Varutum dictis nominibus recipientem investivit presentialiter de eisdem, salvo iure Aquileg. Ecclesia, et omnium personarum, ad habendum tenendum possidendum, et quicquid eis, ac suis heredibus placuerit, salvo iure dicti feudi, perpetuo faciendum, cum omnibus, et singulis, que bona ipsa habent supra, infra, seu intra se, introitibus, mansis, domibus, sediminibus, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis nemoribus,

paludibus, venationibus, piscationibus,
aequis, aquarumque decursibus, iuri, ac
iurisdicationibus, et pertinentijs suis, ac
cum liberis accessibus, et egressibus suis
usq in vias publicas, ita tamen, quod Cas-
trum Vardeboiose redificare, seu reficere.
unquam nequeant nullo modo. Castrum vero
de Varmo ipsi, et sui heredes dicto Dno
Patriarchi, ac eius successoribus canonice
intrantibus, eorumq famiijs, et servitoribus
aperire teneantur omni tempore, tam pacis,
quam guerre, cum pro parte ipsorum Domini
Patriarche, et eius successoribus, fuerit hoc
exhibenti requisiti; et ne quidem bona
omnia, et singula dictus Dominus Pa-
triarcha diti ipsorum Domini Coradelli Carm
ti, et fratrum nomine constituit preca-
rio possidere, donec eorum possessionem
accepit corporalem, quam accipiendi
sua auctoritate, et retinendi deinceps
licentiam omnimodam concessit eisdem,
promittens suo, et nomine antedicto ipsi
Caruto

Iacobo, et suo, et quibus supra nomi=
nibus, recipienti predictam concessio=
nem, et inuestituram, ac omnia, et sin=
gula in hoc instrumento contenta per=
petuo rata, grata, et firma habere, te=
nere, et nunquam contrafacere, uel ueni=
re per se, uel alium, seu alios, aliqua ra=
tione, uel causa, de iure, uel de facto, et
omnia, et singula eadem ab omni perso=
na, Collegio, et uniuersitate defendere,
manutenere, guarentare, et in solidum
disbrigare, ad hec obligans dicto Iacobo
suo, et quibus supra nominibus recipien=
ti, omnia et Aquileiensis Ecclesie bona
mobilia, et immobilia, presentia, et
futura, pro qua quidem concessione, et
inuestitura memoratus Iacobus, suo,
ac predictorum eius fratrum, et heredum
de lle nomine dicto D. Patriarche fidelita=
tis iuramentum prestit, quod Vassallus

Domina pro prefato continentis in talibus, et in hunc modum predictus Dominus Patriarcha concessit ipsis Domina de Bradella, ac Sanuto, et fratribus in nuntium dictae Bibilium de Lenzo, dictam presentem mandasse, ut ipsos in corporalem tenutam, et possessionem omnium bonorum, et iurium predictorum ponat, pariq, et inducat, in quorum omnium testimonium predictus Dominus Patriarcha iussit presens publicum instrumentum confici per me Notarium infrascriptum, et sui sigilli appositione muniri. Actum in Castro Civitatis Belluni in Camera Cubicularia predicti Domini Patriarche etc. — — —

Ego Gubertinus q. Domini Reonadi de Novate Mediolanensis dioce. publicus imperiali auctoritate Notarius, et predicti Domini Patriarche Cancell., et officialis

et officialis premissis interfui, et de
mandato eiusdem Domini Rabricordi(?)
hoc instrumentum inde rogatus scripsi,
et publicavi, meumque signum apposui
consuetum &

Vincentius Caballettus Notarius, Inclitae
Urbis, ita requisitus suprascriptam
investituram ex alio exemplo au-
thentico in dicta Cancellaria existen-
te in processu formato inter Nobiles
Dominos Cantores Parmi maioris(?)
ex una, et Nobiles Dominos Cantores
Parmi inferioris ex altera, occasione
decimarum, exemplavi, et in fidem
sigillavi &

Premissum investiturae instrumentum
aliena manu extractum ex consimili
exemplo authentico, et sigillo Cancel-
lariae munito, existente apud Nobi[lissimum]
Dominum Bonifacium(?), et Nobiles Do[minos]

Concordãtis Carm. superioris requisitus
autheticam Cos Bruraiensis Bruraiensis
signum Not.ij Cius, et Veneta auctoritate Variensis
Ott. Not., neq cum signo solito in idem
pub.^{co}

L. S. S. M.

Petrus Girardus Not. Cancell. Pretoriæ Vari
signum Notij ext. sub. et ... sub.... inveniuntur ex scrip-
turis productis ... in Archivio de Carmo
superiori sub die 25 Aprilis 1630. virtute litt.
... Commissionis tunc temporis.

Nos Georgius Contarenus pro serenissimo Duc. Dom.
... Cos. Patriæ Fori Julij ... Universis
fidem indubiam facimus suprascriptum Dominum
Petrum Girard. esse Notarium pretorum, fide di-
gnum, auctoritate Veneta, cuius scripturis
publicis, ubiq fides adhibenda est. Ideo
in quorum ...
Die 6 Xbris 1633

cum signis

Theod. Caporio Not. de Cancel.
...

l'anno d. sotto

Thomas Mocenico dei gratia dux Venetiar.
Universis, et singulis presens privilegium
inspecturis salutem, et omne bonum. Cum
N. V. Vir Aquinus de l'anno inferiori

P. 179.

Patriæ Fori Julij Dominus dictæ loci com-
parens ad nostram presentiam oratam, et
veniam dominij nostri subiectum, ad quod humi-
liter implorasset, nos volentes versus eundem
Aquinum uti nostra benignitate eum ad nos-
tram gratiam acceptavimus, et numero nostrorum
fidelium aggregavimus, volentes, et intendentes
ipsum tractari nostris favoribus, et patro-
cinijs gratiosis his Conditionibus, ad quod nobis,
quod sit sub obedientia, et fidelitate nostri
dominij remaneat ipso in possessione, et
dominio Castri prenominati, sicut fuit
temporibus retroactis, et habeat solitos
fructus omnes redditus, et proventus
suos, et eis gaudeat, et utatur pro suæ libito
voluntatis faciendo ipso, et observando erga

8

nostrum dominium circa recognitionem eiusdem loci Parm, et circa alia sicut facere tenebatur, et observare Patriarchatus, seu Patriarchatus Ecclesiae Aquileiensis in omnibus, et per omnia, et sic prelibatus ~~Azquinus promisit~~ se facere, et inviolabi=~~liter observare~~, deponens in nostris ma=nibus fidelitatem, et obedientiae observando nostro Dominio iuramentum in quorum fi=dem, eiusdem ... presens privilegium fieri fe=cimus, et pendentis nostrae bullae plumbeae roboratione muniri. &c

(Dat. in nostro Ducali Palatio die 17 mensis Junij ind.ne 13: 1470.

Locus sigilli plumbei.

Premissa omnia ex scripturis presens sub die 20 Februarij 1670. nomine Ill.mi Domini Consortum Parm inferioris Joannes Franciscus Girardus auctoritate Veneta Notarius Vani ad plenum exemplavit, mp.

signum Notarij, subscriptio, et sigillum

Utini die 9na Xbris 1635.

Nos Georgius Contareno pro Ser.mo Duc:
Dom: Venet. Patriæ Fori Iulij Locumten. Gen.lis
fidem facimus et attestamur suprascriptum
D. Jo. Fran.m Giradoni esse Notarium ac.m fide
dignum, et legalem auct.te Veneta, cuius
scripturis publicis, et subscriptionibus hic, et ubique
[illegible] in [illegible]

Utini die 6 Xbris 1635

Locus sigilli.

Theod. [illegible] Jod. [illegible]
del Mar[illegible]

Coram Mag.co Domino Locumtenente etc.

1539 / 17. Februarij — Comparuit spectabilis vir Dnus Jacobus Georgius de Valuasono nomine suo, et Consortum suorum loci, et exposuit, quod astringuntur,

Ad c. 181 — et arctantur per D.num St Rot. Dominum Corradinum della Frattina superstitem ad exigens ratas, et impositiones tangentes

Cucania — Nobiliores de ultra Tulmentum, quod est contra antiquas, et solitas consuetudines, cum his, quod ipsi Nobiles de Valuasono semper soliti sunt per tempora retroacta usque ad presens solvere, et satisfacere omnes ratas, et impositiones, simul cum nobilibus de Cucagnea, et ad clarificationem huiusmodi negotij, et observationis, produxit in publicam et authenticam formam instrumentum tenoris infrascripti, et litteras executorias Mag.ci Domini Nicolai Marcello Supra, quarum tenor hic inferius continetur.

Tenor autem instrumenti pred. talis est ?

In Christi nomine. Amen. Anno, Nativitatis eiusdem

eiusdem millesimo tricentesimo trigesimo nono, indictione VII. die 13 mensis februarij. Presentibus Venerab. viro dno honorando de Savorgnano Canonico Aquilegien. Nobilibus viris ~~Dominis~~ federico de Savorgnano, Henrico de Prampergo militibus, Georio de Cuino, Ottacho de Soraguido, Joanne Francisco de Zocello et aliis, et alijs Testibus in presentia Reverendi in Christo Patris, et domini domini Bertrandi Dei gratia Sancte Sedis Aquileg. Patriarche, nobilis miles dominus Gerardus q. domini Odorici de Cuccanea militis ministerialis, ~~ac~~ Vassallus Ecclesiae Aquilegien. humiliter supplicavit eidem,

A. Ut cum dictus pater suus, qui maior erat de domo sua de Cucchanea, diem clauserit extremum ab anno citra, ipsum per se, ac omnibus de domo sua predicta, de feudis omnibus, que habent ab Ecclesia Aquilegien. investire benigne dignaretur. Qui dictus

Patria

Patriarcha eius mandicationibus in=
clinans, et adversertis, iustas, rationis for-
mam consonam rationi, receptos prius
ab eodem domino Gerardo, provideas
debito iuramento, quod Vassallus domino
suo praestare in talibus consuevit, per se,
suos heredes, et nomine Aquileiensis Ecclesiae
ipsum dominum Gerardum recipientem
per se, et omnibus de domo sua de Caccanea
de feudis suis omnibus rectis, iustis, et
legalibus, et antiquis eo iure, quo illa
sui progenitores antiquitus habuerant, et
tenuerunt ab Ecclesia memorata, per
sinonimam suae clamidis praesentialiter
investivit, salvo iure Aquileiensis Ecclesiae,
et omnium personarum, mandans ei=
dem domino Gerardo, quod ab dicto
praestito iuramento hinc infra triginta
dies proximos tradat in scriptis quicquid
ipse, et illi de domo sua habent, et tenent

in feudum ab Ecclesia supradicta §

Item Vari in palatio Paolanto §

Infrascripta feuda, que habent, et recognoscunt ab Ecclesia Aquilejensi Domini Gerardus miles, Varnerius, Simon, Henricus Comes, et frater eius, Simon, et fratres eius, Adalpretus, et fratres eius, Henricus, et fratres eius de Cuccanea.

In primis Castrum Cucchanee cum territorio ei pertinente, cum fagedis, et Canale de Giavodo, et certos mansos in villa Ceraii, et in villa de Ronchis. §

Item Castrum Sterpignagni cum territorio, et terra pertinente cum villa Recla... §

Item Castrum Valvasoni cum contrata ei pertinente.

Item Castrum Sagrarum ad feudum habitantie cum contrata pertinente.

Salvo si aliqua alia bona reperientur, que essent, vel pertinerent ad Ecclesiam Aquilejensem,

que

quae non fuit eis nota, et quas eis reuelauit, notificaverit pro facto. Dno Fabriarense et ab eo recipient feudum sicut tenerent.

Et Ego Leonardus q. Leoni.. Notari de Jaro publicus imperiali auctoritate Notarius, ex auctoritate, et commissione mihi facta per Nobilem, et Eg: virum Dominum Vitalem Miani Magnificum Dominum Locumtenentem in Patria fori Julij, pro inclito, et excelso Illmo: Dominio Venetijs, prout in rotulis q. Ser Gandini ... Not.q de Vauare Mediolanensi ... habitans Canei, et scriptis antedicti Domini Berardi Fabriarense, inueni, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectum, presens instrumentum cum ... omnis feudationi publicaui, et formam publicam redegi.

rogatus, signoq, et nomine meis ap:
ponitis consuetis in testimonium om:
nium premissorum.

Signum Nostri

Pomponius Rufus Noster ...
... et ...

2-33R

[illegible]

1433 / 15 Feb.

In Christi nomine Amen. Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, indictione XI die XV mensis Februarii. Actum in Monasterio Extra in Ecclesia Beatae Virginis Mariae Ordinis sancti Benedicti Aquileiensis Dioecesis, praesentibus ser. Domino Mon... Florido de Colloreto q. ser Leonardi de Colloreto de Con... ser Gerardo q. ser Joannis de Cor... ... ser Dominico Notario de Padua, ser Daniele Moratto, Endrigo de Man... ... testibus vocatis, et rogatis, et aliis. Constituti Nobiles viri ser Joannes, ser Nicolaus pater, et filii q. Nobilis viri ser Odorici de Cuccanea ... habitantes suis nominibus propriis, et tamquam procuratores Nobilium virorum ser Odorici, et ser Simeonis fratrum, et filiorum ser Francisci ad recipiendum investituram infrascriptam, ut patet publico instrumento

Bandi, et Brigantini b.b. di Cucania

procure scripto manu q. Mattheo filij q.
D.ni Jacobi Pelizparij [?] notarij in
Millesimo quadrigentesimo trigesimo tertio
indictione xij die xx mensis Januarij
et lecto à me notario in frascripto, et
presentato R.do in Christo Patri, ac D.
Thome de Amiolis decretorum doctori Abbati
existentis coram prefato Domino Abbate
humiliter, et benigniter requirentes dicti
predicti Domini q. Joannes, et q. Nicolaus
fratres, nominibus, quibus supra, prefatum
Dominum Abbatem, quod sua paternitas
dignaretur ipsos fratres investire de bonis
infrascriptis, offerentes se semper esse
futuros fideles servitores, et bonos
Vassallos prefati Domini Abbatis,
suorum successorum, et sui Monasterij
et quod omnes de domo sua erunt
fidelissimi servitores ipsius Monasterij
Qui quidem Dominus Abbas audita
fama

fama ipsorum Nobilium, cupiens ac=
quirere sibi fideles vassallos, ipsorum
supplicationibus inclinatus per se, suosq
successores, et vice, et nomine dicti
Monasterij de consensu, et voluntate
Religiosorum virorum, fratris Marini
Abbatis de Carmiola, fratris Georgij
de Regio, fratris Joannis de Bavatio,
fratris Marci de Jagabria, fratris
Dominici de Penelbijs Monacorum
dicti Monasterij, ibidem presentium
ad sonum Campanelle congregatorum
expresse consentientium iure recti, et
legalis feudi Monasterij [illegible]
cum anullo suo aureo, quem in digi=
to habebat, eosdem Nobiles fratres
Joannem, et Nicolaum nominibus
suis proprijs, et nominibus suorum
fratrum Odonis, et Vincentij suo

parte eius tangente, ibidem coram prefato domino Abbate flexis genibus, investivit de Villa Baud citra Turmenam versus Ramusculum, et de Villa Burgugnunis versus, ita prout predicta, que dicitur Ecclesia Nova Diocesis Lexoviensis, cum omnibus, et singulis possessionibus, nemoribus, pratis, pascuis, Communiis, et cum iuribus, et pertinentiis ipsarum Villarum, ac cum omnibus aliis bonis, que dicti fratres habebant à Monasterio Lexoviensi, salvo tamen iure cuiuscumque in ipso feudo, ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, et usufructuandum, et quicquid ipsis fratribus, et suis heredibus, salvo iure dominii, et omni alio quocumque iure proprietatis, et fidelitatis debite, faciendum perpetuo

placuerit

placuerit, absq. contradictione ali=
cuius personae, constituens se prea=
rio nomine possidere dicta bona nomi=
ne ipsorum fratrum, donec praedicta
fratres ... eius nomine aliorum fra=
trum intrauerit, et possessionem acce=
perit corporalem, quam accipiendi,
et in se auctoritate retinendi eisdem
licentiam omnimodam contulit, atq.
dedit, promittens quoq. per se, suosq.
successores, et cum obligatione omnium
bonorum dicti Monasterii mobilium,
et immobilium, praesentium, et futurorum,
refectione damnorum omnium, et
expensarum litis, et extra, ac interesse
praedictis fratribus nobilibus Joanni,
et Nicolao suis nominibus propriis,
et periculis aliorum fratrum, et eorum
heredum litem, causam, vel quaestionem

uel quomodocumq; aliquam de dictis
bonis nullo tempore non inferre, nec
inferrenti consentire; sed ipsa bona et
alia bona spectantia dicto feudo ab
omni homine, Communi, Collegio, Ec-
clesia, et universitate, et persona
qualibet impediente in iure legitime
defendere, excarcerare, et manute=
nere, predictamq. investituram, ac om=
nia, et singula in presenti instrumento
contenta perpetuo firma, rata,
grata habere, tenere, attendere, ob=
servare, et adimplere, et in nullo
penitus contrafacere, dicere, uel uenire
per se, uel per alium, seu alios, ra=
tione aliqua, dolo ingenio, siue causa,
de iure, uel de facto, sub pena dup=
nalonis dicti Cammera[?] tonorum[?] dicto tem=
pore illius ualituris, uel meliorati
fuerint

fidetur minus quinq solidos Vero-
platinum: pari in singulis capitulis
ruius instrumenti, insolidum solemn-
iter stipulata, et promissa, qua soluta,
vel non praesens tamen instrumentum:
et omnia in eo contenta obtineant ple-
num robur, et perpetuam firmitatem
dominum praefati Abb. fratres in ani-
mam suam, et in animam aliorum
fratrum iuraverunt ad sacra Dei
Euangelia, tactis scripturis, delato
eis iuramento per praefactum Dnum
Abbatem, esse, et omnes de eorum domo
dicti Domini Abbatis, et sui Monast-
erij, ac successorum suorum boni, fide-
les, et legales Vasalli, et donaret
res, et honores ipsius Domini Abbatis,
et successorum suorum, et dicti sui
Monasterij bona fide, sine fraude

custodire, et ipsum Dominum Abba-
tem, et successores suos, tanquam veros
Dominos ipsius feudi honorare, dili-
gere, et venerari, nec aliquid facere,
vel tractare, quod sit in detrimentum,
et opprobrium ipsius Domini Abbatis,
et eius successorum, ac sui Monas-
terij; sed ipsa bona, et omnia, et sin-
gula facere, tractare, quae concernunt
honorem, et statum ipsius Domini
Abbatis, et sui Monasterij: et quae
quilibet boni, et fideles Vassalli Dño
suo facere tenentur, et debent &

Ego, Antonius . . . q. legum Doct: Dñi
Ludovici de Bitontis de Jacito pub.
imperiali auctoritate Notarius, et
Cancellarius Curiae feudalis, omnibus
supra scriptis praesens fui, scripsi; et
publicavi; et verba, ubi dicitur, et

omni

omni alio quocumq. iure non tinto, sed errore ommisi, ideo in margine posui &

Franciscus de Caglis de Gaminola pub. Apostolica, et Imperiali auctoritatibus Notarius, et Cancellarius Rdi Abbatie sexti praesentem ita commentum (?) ex ... die 3 Mensis Januarij 1592 inditione quinta ad requisitionem Nobilis Domini Pompei ex Nob. Mariae affirmantis habere interesse, et velle se valere de eo, quam extractionem fecit ex commissione Mag.ci Domini Abbatiae Rich. Gubernatoris eiusdem Rdi Abbatie, ex cathastico eiusdem Abbatie ... ad C. so prout inveni cum illis verbis in margine, prout sunt in d.o catasticho, nil addendo, vel minuendo

sed de verbo ad verbum, in quorum

f. R. fidem se subscripsit, apposito signo,

nomineque suis solitis, et consuetis. Nos Franciscus Ricci Gubernator Rdi

Abbatie sudicti pro Illmo et Rmo Domino

Joanne Grimano Patriarcha, et Prin=

cipe, Equitibus, et administratore

perpetuo eiusdem Abbatie pariter

pro Serenmo Duc: Dom: Venetorum fidem

indubiam facimus, et attestamur

universis, et singulis inspecturis, vi=

suris, et lecturis, supradictum Dnum

Franciscum, qui exemplavit supradic=

tam investituram fuisse, et esse, Notum

publicum, et Legalem, et Cancellum

nostrum bone fame et conditionis

cuius scripturis hic plena adhibetur

fides, et merito ubique locorum adhibe=

venit, in quorum

Sera

L. J. Sexta die 4 Mensis Januarij 1592

Matthi a Jesu Coad.r M.eo scripsit.

Ego Cornelius Matheus Collegij Saecli: ac Veneta auctoritate Notarius, et ad presens Mariani Cancellarius ex alio consimili, transumptum ex.tum fideliter ext.t, et sub.t die 27 Januarij 1630. &

Transumptum investiturae ex scrip= turis traductis sub die 29 Januarij 1630 p instan.ne p Ill.ss D.D. Nicolai, Jacobi, et Thomae fratrum q D. Pauli ex consor= tibus Mariani pro exhibitione litterarum

L. N. Ducalium, Petrus Girardus, Not.s auct.e Regoniae Vani ex.t sub.t et sig.t die p.mo 8bris 1635.

Nos Georgius Contareno pro Ex.mo Du: Dom: Venet. Zaonis 8bri Dux Loanas. Gto, fidem facimus transumptum.

D. Petrum Girard esse Not.um Regalem,
et p[raedi]c[t]e diocesis ... auctoritate ...
cuius scripturis merito plena fides ...
... et ...

... die 6 Xbris 1631.

Theod. ... Not. ...
... de ...

1457: In Christi Nomine ... , Anno ab eius Nativi
p.º Octob.º ... millesimo quadrigentesimo quinquagesimo sep
timo, indictione quinta, die sabbati, prima
Iacopo · octobris in Loggia Civitatis ..., Presentibus
Battistino, et · ... Magnifico domino ... Trono ...
Cygagna · seneto domino Corrado de ... militi
dicti · et ... domino Guamerio de Furma Vicario
domini Locumtenentis, nobili ... Antoni
Vitellino de Savergnano, ... decretorum
doctore, domino ... de Castellis de ... et
... de Brazzacco, et ... nne
Mellioranza ... Cancellario ... prefati
domini Locumtenentis testibus omnibus ...
spetialiter convocatis, et rogatis, ...
et sap. ... domino ... Bernardo ... Illmi
... Ducali domini ... nostra ...
Civitatis ... Fori Iulii Locumtenente generali.
Nob. ... Nicolaus quondam ...

de [illegible] pro se, et nepotibus suis q. Iacobi

quondam nobilis [illegible] q. [illegible] et dom. [illegible]

Hendrico Th. Roch dom. Antonio [illegible]

[illegible] q. Odorico, et q. Francisco eius fratribus

et Petro eorum nepote quondam q. Joannis [illegible]

fratris [illegible], et q. Thomas quondam q. Odorici

= de Fistuli pro se, et fratre [illegible] Christoforo, necnon

pro q. Simone eius Patre, nec non q. Iacobo

Joanne olim [illegible] patrui et q. Hieronimus

de Castis ipso quondam Henrici pro se, et

suis, et Simone eius consanguineis quondam q.

Thomasii de Sartistayno recipientes pro se, et

omnibus [illegible] heredibus, filijs et aliis consortibus

de domo tam de Valuasono quam de [illegible]

et de [illegible], et [illegible] pro ipsis, et eorum

[illegible] nec non pro nob. Vlrico, [illegible]

[illegible] suis de Valuasono, nec non pro q. Fran[illegible]

quondam

quoniam ... Christophori de Cuccaro ... ac instanter ... dominus ... repraesentante Ill.ma ducalem ... nostram investiri de ... feudis suis antiquis, et quae ... progenitores ... superioribus ... et ... ac legalis ... et posse ... ab Ecclesia ... et ... Cuccaro cum burgo, et quidquid habet circum circa dictum Castrum, et cum Villa de ... et cum domibus ... ortis, ... pratis, silvis, Vineis et cum piscationibus ac ... et de toto eo ... in ... de ... Item de Castro de ... cum burgo ... et cum eo omni quod habet ... dictum Castrum, ac domibus ...

campis, pratis, sylvis vineijs, et cum
piscationibus et venationibus, Item de
omnibus bonis quae ipsi consortes habent
villa di Ronchis, et de [illegible], et in Villa
de Lau[illegible]. Item de certis mansis situatis in
Villa di Ziracco; Item de Castro de [illegible] cum
omnibus bonis, campis Terris, vineis et cum
omnibus, et singulis iuribus iurisdictio-
nibus, honoribus, [illegible] dominio, et
garito de ipso Castro, et illis ac bona quaedam
quae feudalia quocumque [illegible] spectant et spe-
ctant cum illis oneribus, et praeeminentiis, et de
iure veti, et [illegible] feudi, cum quibus fuerunt
antecessores hactenus [illegible] investiti, [illegible]
in specialiter dicti [illegible], et fratres supplicatum
fuerit eos de investiri de Castellis praenominatis
cum omnibus suis iuribus, et pertinentiis.

prout

prout, et sicut in alijs investituris quondam domini Iacobi . . . constat etiam investitum et generaliter de omnibus et singulis eorum, et eius maioribus feudis tam novis quam antiquis, et non omnibus dictorum eorum de Quero, Sicuana, Car tillagno, et Valmarono, tam recognitis quam incognitis, si qua reperiantur, de quibus quandoque habuerint notitiam, et offerunt dare notitiam; item in particularibus quondam Nicolai, et nepotum et quondam Iacobi, et fratrum, ac nepotis eorum de iurisdictione Villae Vitroni, ... et ... ... spectabilis ..., offerentes ... pro eorum ... tis, et consortibus fore paratos adiuncta incumbentia pro ipsius bonis feudalibus debita et concernentia bonum, et amplitudinem status Illustrissimi Dominationis nostrae ... ... petitione ad ..., ... magnificus dominus ... volens ... nobis ... ...

requisitioni certioratus dd. fidelitate, laudan=
disq[ue] operibus suprascriptorum, consortes supra
status nostri dominationis nostre, et presertim
cognita fide virtute et sincera devotione
prefacti ser Jacobi de [illegible] fratrum [illegible]
tis occurrentibus pro statu excelse dominatio=
nis nostre certificati de bonis antedictis
feudalibus, que dicti sub. consortes teneant, et possi:
dent, tam ex lectura Thesauri bonorum feudalium,
quam ex diversis aliis inventis et habita [illegible]
[illegible] consideratione recepto a prefato ser Nicolao,
ser Jacobo et ser Thoma, ac ser Hieronimo debito [illegible]
mento fidelitatis, et obedientie [illegible]
libus prestari consueto [illegible], suis consortibus
antedictis, eosdem ipsos ser Nicolaum, ser Jacobum, ser
Thomam, ac ser Hieronimum de Cartiss[illegible] ibi presentes
coram presentia [illegible] personaliter constitutos

[illegible]

humiliter p[ro] t[ali]b[u]s consortibus filiis suis, et
heredibus, ac legitimis descendentibus cum
annuali impositione legitima solemniter inves-
tivit de omnibus et singulis bonis castris villis
iurisdictionibus, et bonis feudalibus antedictis
generis cuiuscumque in particulari ordinatis, et
dictis, et in generali, ut supra dictum commemo-
ratum etiam, et generaliter de omnibus aliis et
singulis, quae ipsi consortes possident et quae
possent apparere etiam feuda iure veteri et an-
tiqui, et realis feudi, et cum illis omnibus
iuribus, et gravaminibus, cum quibus sui
predecessores, et ante ... dicta bona ... re-
cognoverunt, et possiderunt ab ... Aquilet[ensibus],
et successive ab inclito Venetiarum dominio, ...
semper ... iure ... Ill[ustrissi]mi ... Dnatus
...s pro ipsa ... Aquileiensi ... omnium

p[r]enam, mandans de pre[dic]tis omnibus
publi[cum] hoc conficiendu[m] priuilegiu[m] corrob-
randu[m] sub sue sigill[i] maioris sancti Marci
sui soliti Regiminis;

Et ego Marcus Dominice s filius, et coadiu[to]r
Joannes de Meliorantis in p[rese]nte[m] ca[n]cell[ari]a
